34-4 A 18

Prohemium

¶ Ad reuerendiſſimū in chriſto patrē ⁊ alta nobilitate decoratū Dominū dñm Georgiū Dāboyſe Rothomageſi. archiepiſcopū Sacroſancte Romane eccleſie titull ſancti ſixti preſbyterum Cardinalem.

LEgimus enim colendiſſime pater· Eccleſiaſtici.xl. Occupatio magna creata eſt oībus hominibus ⁊ iugū graue ſuper filios Adā a die exitus de vētre matris eorū vſq̄ i diē ſepulture in matrē oīz. Vñ dicit.iii. Eſdre.vii. ⁊ facti ſunt introit⁹ huius ſeculi anguſti ⁊ dolētes ⁊ laborioſi pauci aūt ⁊ mali ⁊ piculorū pleni ⁊ labore magnopere fulti. Hic habet iob.v. Hō naſcitur ad laborē ⁊ etiā iob.vii. vbi dolendo ait Et ego habui menſes vacuos ⁊ noctes laborioſas enumeraui michi/ſi dormiero dicā quādo cōſurgam ⁊ rurſum expectabo veſperā ⁊ replebor doloribꝰ vſq̄ ad tenebras. Vñ legit etiā Eccleſiaſtes.i. Et agnoui q̄ in his quoq̄ eēt labor ⁊ afflictio ſpūs eo q̄ in multa ſapiētiā multa ſit indignatio et qui addit ſcientiā addit ⁊ laborē Tū et etiā quia iuxta poſterioris Catonis ſētētiā Humana vita ꝓprie veluti ferrū eſt/quod ſi exerceatur cōteritur. ſi vero non exerceatur rubigine cōſumitur. Et q̄madmodū poptimi piſcis id ē Salmonis eſt/difficiles currentes ⁊ impetuoſas fluminis aquas vincere/ita nec viri eſt timere ſudorem. Nā generoſum ſpūm labor nutrit Unde ē q̄ virtus exercitio recreat. Unde etiā Hecaton ſtoycus. Omne inquit honeſtū in arduo eſt. Tū

Hō ad laborē nat⁹

et etiam quia cunctā maliciam docuit ocioſitas vt habetur eccleſiaſtici.xxxiii. Quia tamen vulgare eſt/qualis ager talia ꝛ ſemina/ꝛ quales flores tales ꝛ ticture/ ꝛ quales operatoꝛ talis operatio / ꝛ qualis agricola talis cultura vt habetur iii. Eſdꝛe.ix. vnde iſurgit illud vulgare puerbiū pmittūt medici tractant fabꝛilia fabꝛi vt ait beatus Hieronymus in plogo biblie ca.vi. de quibus dicitur ſapieñ.ii. Et nomē noſtrum obliuionem accipiet per tempus ꝛ nemo memoꝛiam habebit operum noſtrorum Nos vero p qualitate ꝛ neceſſitate tēpoꝛum put reipublice poſcit vtilitas opoꝛtet ferre ſententiam vt legitur Heſter decimoſexto. Sed quia aduerſum me dici poſſet illud Exo.ii. Quis conſtituit te iudicē ſup nos et illud Job.xv. Nunqd pꝛimus homo tu natus es ꝛ ante oēs colles foꝛmatus/ nunquid concilium dei audiſti/quid noſti quod ignoꝛemus/qd intelligis quod neſciamus/ꝛ ſenes ꝛ antiqui ſūt in nobis multo vetuſtioꝛes ꝙ patres tui/ꝛ qd te eleuat coꝛ tuū? ꝛ quaſi magna cogitās atonitos habes oculos? Cum et etiam queri poſſet illud Thobie.v. Indica michi d qua domo aut d qua tribucs cui angelus reſpōdens ait Genus queris mercēnarii an ipm mercēnariū. Sed ne foꝛte ſolicitū te reddā ego ſum Guillelmus de mōſerrat infra Hyſpanie poꝛtam id ē Catholoniā natus patria Terraconēſis/nō iudeus/nō agarenus/ſed criſtianus ꝛ vexillū crucis in mea frōte poꝛtās/non marranus ſed de inueteralis xp̄icolis parētibus oꝛtus. Doctrina quoq toga me

Guilli de mōſerrat oꝛigo.

rita et exempla non ſolum ꝓpriam ⁊ dulciſſimaꝫ
patriam verum etiam eandem Hyſpanie poꝛtã
et eius eccleſiam ꝓut notum eſt decoꝛarunt Nõ
fugitiuus quinimmo amoꝛe ſcientie volũtarius
exulet peregrinus iuxta illud iuſtiniani impera-
toꝛis. Cũ amoꝛe ſcientie facti ſunt exules vt ha
bet in aut. habita. C. ne filip pa. Nã vt ait Hie
ronimus in ꝓlogo paralipomenõ quomõ gre-
coꝛum hyſtoꝛias magis intelligũt qui athenas
viderint et tertiũ virgilij librum a Troade per
leuchaten/et a Crocerannia ad Siciliam de ad
oſtia tiberis nauigauerint ita ſanctã ſcripturaꝫ
lucidius intuebitur qui iudeam oculis cõtẽpla
tus eſt et antiquarum vrbium memoꝛias locoꝝ
qꝫ vel eadem vocabula vel mutata cognouerit
Unde ⁊ nobis cure fuit cum eruditiſſimis italo
rum Galloꝛum et etiam Hyſpanoꝛum hunc la-
boꝛẽ ſubire vt circuiremus coꝛũ ꝓuincias quas
vniuerſe chꝛiſti eccleſie ſonant. Fateoꝛ enim mi.
Reuerendiſſime domine ꝙ nuſqꝫ eſt qui vbiqꝫ ẽ — Seneca
et pꝛemiũ mentis compoſite exiſtimetur conſiſte — in epl'is
re poſſe et ſecum moꝛari/vitam enim in peregri-
natione agentibus regulariter hec eueniũt vt
hoſpicia multa habeant/amicitias raras/rurſ⁹
vox ſalutatiõis i foꝛo plures vocat/paucos pul
ſat/benefactoꝛeſqꝫ nullos inuenit/ ſed vnicũ ab
hac regula reperi. exceptum/videlicet magnifi-
cũ ac facundiſſimum vtriuſqꝫ iuris monarcham
nobilem dominum Guidonem de Rochefoꝛ in — Guido de
gallijs vniuerſale et ſupꝛemum iuſticie ſceptruꝫ — rochefoꝛt
tenentem/ qui immenſa ſui virtute et continua

munificentia non eſt oblitus mei. Non eni pretereo quia vbiqꝫ inueni. quod diſcerē ꝛ ſemꝑ proficiens ſemperqꝫ vt opinor melior effectus ſum. Experientia vero docet que cunctarum rerū dicitur domina et magiſtra. vt in. c. ꝙ ſit/de elec. li bro. vi. ꝙ plāta valde creſcit ſi i terra aliena plātata fuerit nec poteſt in ꝑria terra. ſ. vbi ſeminata eſt ſeu primo plātata fuerit ſic germiare ſicut i aliena t̄ra. Ideo ſaluator mūdi dicebat Marci ſexto et mathe. xiij. Quia nō eſt ꝓpheta ſine honore niſi in patria ſua et in domo ſua ꝛ in cognatione ſua. Verūtamē quia homini datum nō eſt ſpaciū niſi ſolummodo viuere. vt habetur tertij Eſdre octauo. Cum et etiā quia virtus domini eſt cum eis qui inquirūt eū cum omni affectu vt legitur ſcdo Eſdre. viij. Cum et etiā quia mēor verbi ſaluatoris Marci. xiij. dicētis: nolite p̄cogitare quid loquamini ſed quod vobis datū fuerit in illa hora id loquamini. nō eſtis vos loquētes ſed ſpiritus ſanctus. Poſſum dicere vna cū pſalmiſta. pſalmo. lxxiij. Exurge de⁹ iudica cauſam tuā. Sed quoniā bonorum laborū glorioſus eſt fructus vt habetur ſapieñ. iij. Et nullus fructuoſior labor etiam mors/ꝙ qui pro vtilitate reipublice ſpōtanea voluntate ſuſcipit. vñ ait Vegetius de militari diſciplina que ꝑ vtilitate rei publice ſcribūtur eterna ſunt Hinc dicit iuſtinianus imperator inſti. de excu. tuto. in pri⁹ Qui pro republica ceciderunt imperpetuū per gloriam viuere intelligūtur. Vnde ait Tulius i paradoxis. Mors terribilis eſt his quorū cū vita

Pro re publica glorioſus eſt labor

omnia extingunt nō his quoꝝ laus emori nō po
teſt. Propter qđ Mathatias ait ad filios ſuos
.i. Machabe.ij. Nūc ergo o filij emulatores eſtote
legis et date animas veſtras pro teſtamento pa
trum et memētote operum patrum que fecerūt
in generationibus ſuis: et accipietis gloriā ma
gnam e nomen eternum. Quoniam hi indubita
tam ſpem expectant a deo iterum ab ipſo reſuſci
tādi vt habetur .ij. Machabe. vij. Cum igiť ma
teria electionum ampliſſime pater cū ſuis de ne
ceſſario p: ecedentibus conſecutiuis atq; cōne
xis in hoc opuſculo deſcripta quātā rei publice
Eccleſie gallicane et ēt rp̄ianiſſimo Regi vtili
tatē ⁊ cōmoditatem afferat nemo eſt qui neſciat
que ſemper in palatiis et extra verſatur. Quod
opuſculum cum nūc editum fuerit illud in quinq;
partes partitu; videlicet De poteſtate gñalis Partitio operis
cōcilij etiā baſilieñ. et vnde et qualiť epiſcopa
tuū electiōes ⁊ eoꝝ inſtitutiōes ⁊ puiſiones ori
ginē habuerunt. Secunda qualiter intelligēda
ſit regula Concilij baſilieñ. qua cauetur vt elec
tiones ſine impedimēto aut obſtaculo oīo fiant
Tertia q̄ ſunt reſeruatiōēs i corpore iuris clau
ſe et qualiter differant ius cōmune et priuilegiū
corpore iuris clauſum. Quarta quādo dicatur
reſeruatio per papā ex magna rationabili ⁊ eui
denti cauſa facta ⁊ in litteris apoſtolicis nomia
tim expreſſa/ ⁊ quis erit modus remittēdi haru;
qualitatum liquidationē ⁊ declarationem ad ſe
dem apoſtolicam vel quādo ſit locus appellatō
ni ad eandē ſedem. Quinta et vltima que ⁊ qua

lis ſit regis prerogatiua in electiuis dignitatibꝫ etiam pontificalibus et quādo dicātur benigne atqꝫ beniuole Regis preces et que ſunt beneme rite perſone zelantes bonum reipublice regni et delphinatus. Tue facūdiſſime dominatiōi ꝛ nō alteri que canonicas ſanctiones ꝛ decreta ſctōrum patrum re ꝛ fama optime tenet ſummo cuꝫ affectu donare decreui vt exemplo doctoris gētium qui vtroſqꝫ .ſ. Judeos ꝛ gēti les volētes ſe alterutros ſupponere veniam conſecutos equa les eſſe veriſſima ratione demōſtrat/ propter qꝺ viciſſim eos humilians ad pacem et concordiā cohortatur: vt ait beatus hyeronimus in ꝓlogo ſuper epiſtolā ad romanos. Sic tu viciſſim vtrā qꝫ eccleſiam .ſ. Romanam et gallicanam exhor tando ad pacē et concordiā perducere valeas. Nec in alterutram partem michi cura fuit adhe rere cū vtriqꝫ ſim ignotus et aduena/ nec fero ſē tentiam que ad me non pertinet vllomodo/ ſꝫ ſemino verbum in agro domini exercituū ꝛ largitoris virtutum/ et ſi bonū eſt terra recipiet ꝛ fouebit/ ſi autem malum tanqꝫ mala herba eradicabitur vt in .l. ſed et ades .§. ſi quis dolia. ff. loca. vel ſaltē iuxta euāgeliȷ́ parabolam q̄ de zizaniȷ́s dicit͛ Mathei. xiȷ́. Ne forte colligētes ziza nia eradicetis ſimul et triticum ſinite vtrāqꝫ cre ſcere vſqꝫ ad meſſem et in tempore meſſis dicam meſſoribꝫ/ colligite primū zizania ꝛ alligate ea ī faciſculos ad comburēdum triticum autem cōgregate in orreum meū Capiat igitur leto animo tua benigniſſima dominatio munuſculū hoc

corrigendum illudqꝫ captato tempore legere di
gnabitur et ſi aliquid varium aut diminutū vel
falſum in eo reperiat obſecro nō ſolū imbecilli
tati ꝓprij ingenij. verūetiam biſſextili tēpori quo Biſſextilis
cūcta variantur et deteriorantur benigne attri annus
buatur/tum quia cunctas res difficiles non pōt
homo explicare ſermone vt dicitur eccleſiaſtes
i. tū et etiam q̄ a ꝑ id veritatis inueſtigāde mate-
riam alijs preparaui/per quod pateat cūctis ꝙ
corrigi illum paratꝰ: affirmās me tenere ⁊ appro
bare qđ ſctā mater eccl̄ia tenet ⁊ approbat ⁊ re
probare quod reprobat: cuius iudicio atqꝫ deter-
minationi in omnibꝰ ⁊ per omnia me humiliter
ſubmitto. De te enim ſi faſeſt dicere arbitror ꝓ
phetaſſe Eſayam vndecimo dicētem. Egredietur Prophetia de. D.
virga de radice damboyſe et flos de radice eius cardinale.
aſcendet et requieſcet ſuper eum ſpiritus regis
Spero enim ꝙ per te delebitur malum et extin-
guetur dolus/florebit autem fides ⁊ vincet cor
ruptela et oſtēdetur veritas que ſine fructu fuit
diebꝫ tātis vt habet. iiij. Eſdre. vi. Bene vale.

¶ De poteſtate generalis concilij etiam Baſi-
lieñ. et vnde ⁊ qualiter eꝑatuũ electiões ⁊ eorꝫ
inſtitutiones ⁊ ꝓuiſiones originem habuerunt.

Quoniam vt ait pſalmiſta pſal.cxviij.in .xx.
octonario. Principium verborum tuorum
veritas. Firmiter tenendum eſt ꝙ poteſtas ⁊ iu-

Iuriſdi-tio cõcilij baſilieñ ẽ ꝑuatiua ad papã non accumulatia

riſditio ſacroſancti concilij Baſilieñ. ſub quo re-
petitur cautum: vt electiones in dignitatibꝫ ele-
ctiuis ſine impedimento aut obſtaculo oĩo fiãt/
fuit et eſt priuatiua ad romanum pontificem et
non accumulatiua. Quotienſcũqꝫ reperiuntur
duo iudices/quorum vnus eſt fauore et cõtẽpla-
tione perſonarum alius fauore et contẽplatiõe
rerum iudex fauore et contemplatione perſona-
rum ſolũs et ſic priuatiue licet concurrat fauor
⁊ cõtẽplatio rerum eſt iudex competẽs et non
iudex fauore et contemplatione rerum/ et eſt rõ
ꝓpter perſonarum dignitatem/tum qꝛ res perſo-
ne accedere debent et non econtra. vt in.l.iuſtiſ-
ſime.ff.de edil.edic.cũ ⁊ etiam qꝛ iudex perſone
primarie incerte ꝓut eſt in electionibꝫ fiẽdis
dicitur magis diſcret⁹ et magis induſtrioſus vt
in.c.bone.ij.§.qꝛ ꝟo de poſtu.pla.⁊ i.c. is cui de
offi.dele.li.vi.vbi excludit̃ ⁊ priuat̃ ſubdelega-
tus. Iudex vero rerum minimus. vt in.l.fi.iũcta

Perſonarũ fauor maior ꝙ̃ rerum

glo.ff.de iudi. Et ꝙ debeat fauor pſonarũ attẽ-
di et nõ rerũ tanqꝫ maior/eſt caſus in.l.vnica.C.
quã imper.inter.pupil.⁊ vidu.faciũt in ratiõe ſui
l.priuilegia.ff.de priuile.credi.et.l.aſſiduis.C.q̃
poti.impig.habe. Accedat ad hoc caſ⁹ apõ ca-

noniſtas ſolitari⁹ i.c.ſi ꝓp tua.de reſcrip.li.vi. vbi contēplatio et fauor perſone preferfur contēplationi ⁊ fauori etiam rei pie vz fabrice eccleſie. Item et vbi fauor ⁊ contēplatio perſone note pfertur contemplationi et fauori ignote pſone/quod vltimū coadiuuatur p caſum in.c. niſi ſpecialis et ibi gloſa de offici.lega.⁊ p.c.requiſiſti de teſtamen.et nota per glo.in.c.fi.de teſta. li.vi.fortificātur pdicta p caſum in.§.fi inſti.de iure.natu.vbi habetur/ꝙ nichil ꝓdeſt ſcire iura niſi prius ſciamus de perſonis ⁊ earum cōditionibus/quarum cauſa/gratia/fauore ⁊ contēplatione iura condita ſunt ad idem caſus in.l.ij.ff. de ſtatu.ho.hinc ē ꝙ in prima pte decreti ⁊ i primo libro decretaliū et etiam codicis inſtitutionum nec non digeſtorum iura perſonarū duntaxat.et ſic excluſiue iuribus rerū antecedunt ⁊ preponuntur Corroborātur hec per illud geneſis primo. Faciamus hominē ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā.vt preſit piſcibꝫ maris ⁊ volatilibꝫ celi ⁊ beſtijs vniuerſeqꝫ terre. Coadiuuant etiā predicta perverbum Saluatoris Marci ij.l fi. dicētis ſabbatū ꝓpter hoiem factu eſt ⁊ non hō ꝓpter ſabbatū Accedat illud pſalmiſte pſalmo. viij. Oia ſubieciſti ſub pedibus eius ⁊c. Itē ⁊ illud.ij.machabe.v.verum nō ꝓpter locum gentem ſed ꝓpter gentem locum deus elegit. Et ꝙ pdicta poteſtas et iuriſditio ſit puatiua ad abū iudicē et non accumulatiua tenuit originaliter Jacob.de are.in.l.ꝙ i rerum.§.ſi qs.ff.de lega. .i.quē ſequitur ⁊ cōmēdat bal.in.l.vnica.§. vbi

autem. C. de cadu. tollen. et in. l. executorē in. v. colūp. C. de exe. rei iudi. et in. l. gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſtu. hanc ēt ꝯcluſionē ſecutꝰ fuit bar. in extrauagā. ad reprimēdū ſup v̄bo. ñ obſtātibus quē etiā ſequit̄ bal. in. l. i. in. iij. q̄ſtione. ff. de offi. conſul et tenuit ange. in. l. teſtā. oia C. de teſta. hāc etiā doctrinā ſeq̄t̄ Jo. de ymol. in dicta. l. gallus. §. ille caſus ꝑrie alle. & in. l. titie textores. ff. de lega. i. et tenuit Jo. an. & pe. de ancha. in. c. ſtatutū. §. cū vero de reſcrip. li. vi. et tenuit ēt ange. in repetitiōe. l. ſi vacātia. C. de bonis vacā. li. x. quos ſeq̄tur et ꝯmēdat alexā. i dicta. l. titie textores. Et ratio predictorū eſt q2 illa eſt ſpecialior iuriſditio in qua maior ē ſpecialitatis ratio ſed maior ſpecialitatis ratio ē in pſona vel in pſonis q̄ȝ in rebus vt cantāt predicte auctoritates. ergo qđ ſpeciali rōe fūdat̄ derogat ei in quo minor iuenit̄ ſpecialitatis rō: ita notāter tenet Bar. in dicta extrauagā. ad reprimendum in verbo non oſtātibꝫ quā rationē multū exaltat bal. in dicta. l. i. ff. de offi. cōſul. Et ꝙ maior ſpecialitatis ratio ſit in pſona q̄ȝ in rebꝫ vltra p̄dicta patet q2 pſone qualitas nō pōt ineſſe niſi ſibi ipſi. premarie cū ſit indiuidua. ſed qualitas reꝶ pōt ineſſe cuilibȝ de gñe & cuicūqȝ pſone/ cū illa qualitas q̄ pōt pluribꝫ ineſſe ſit gñalior & illa q̄ vni ſoli pōt ineſſe eſt ſpecialior vt nota. in. l. iuriſ gētiū. §. ſed ſi fraudādi. ff. de pactis & voluit bal. in. l. executorē ꝑme alle. facit q2 ſicut ſpēs derogat generi: ita indiuiduū derogat ſpeciei vt p dy. de regu. iuris. li. vi in regula generi p ſpeciē

Eſt ⁊ alia ratio q̄a ſpecies vel diſpoſitio habēs legis vel hominis auxiliū ⁊ fauorē ad agēdū vł excipiēdū dicitur altera nō habēte ſpecialior fir mior ⁊ potētior vt fuit theorica cy. poſt petrum quos ſequitur ⁊ approbat bal.in.l·quod fauore i penul.colūp.C.de legi.⁊ tenuit pau. de caſtro i.l.nulla.ff.de legi.de diſpoſitōe vel ſpē legis au xiliū ⁊ fauorē habēte ē caſus i.l.ſi furioſi.C. de nuptijs.vbi habetur ꝙ in caſu in quo lex nō loq̄ tur ceſſat legis auxiliū ⁊ fauor.q2 ibi lex nō loq̄r nec nos loq̄ debem⁹ vt in.l.ſi ſeruū.§.nō dixit.ff. de acqui.here.⁊i.l.pen.ff.ſi quis a parē.fue.ma nu.⁊ ecōtra vbi lex loq̄tur ⁊ nos loqui debemus vt i.li.§.ꝙ autem.ff.de ales.de ſpecie vel diſpoſi tione auxilium ⁊ fauorem hois habēte eſt caſus ſingularis i.c.cui de nō ſacerdotali i.ii.⁊.iii.R. de prebē.li.vi.vbi habeť ꝙ ſi impetro integrā p̄ bendā nō poſſus obtinere dimidiā/ q2 licz de ītc gra ſit ſtatutū ⁊ ꝓuiſum ⁊ i hoc reperiť auxiliū ⁊ fauor hois:vz romani pōtificis tñ ſup dimidia nullus reperiť fauor nec auxiliū hois ideo opta ri nō pōt:ſz i decretis ſacroſctē ſinodi baſilieñ.i c.i. ſicut i cōſtrucēda qđ ē p̄mū.c. i ordine đ elec. p generale ꝯciliū ſint cōtēplate pſone i electiuis dignitatibꝫ eligēde pricipaliť/ ⁊ electiōis forma ſecūdario vt euidēť i ꝓhemio eiuſdē.c.i. pt3 ibi dū dř potiſſimū ē hui⁹ ſctē ſinodi ſtudiū vt tales eccl'ie p̄ficiātur paſtores q̄ tanq̄ colūne ⁊ baſes ipām eccl'iam doctrine ⁊ meritorū virib⁹ firmiť ſuſtētēt/ quāta aūt in eligēdis prelatis diligētia adhibēda ſit officiū eis iiūctū euidēť oſtēdit ⁊.c

Ubi lex tacet nec nos loqui debemus

Ideo lic; epiſcopatuū et ſuperiorū dignitatū erectio ꝛ fundatio ꝛ ſic rerū cōtēplatio ꝛ p conſequens rei poteſtas ꝛ iuriſditio ad romanū pōtificē ptineat vt i. c.i.xxij.di. ꝛ no.doc.i.c.i.de trāſla.epi.vel elec. ꝛ i.c.ſicut vnire.d. exceſ.pla. ꝛ i.c. ꝙ tranſlationē d offi.lega. Uerūtamen qꝛ perſonarū cōtēplatio ꝛ ſic eligendarū perſonarū i electiuis dignitatibus poteſtas ꝛ iuriſditio ad ſacroſanctū generale cōciliū ſpectat/ ꝛ i illa repiat legis .videl; iuris cōis.ſ.c.ne ꝓ defectu d elec. ꝛ hois videl; ſacroſcti baſilien. cōcilii fauoꝛ ꝛ auxiliū q̄ nuſꝙ in illarū ꝓuiſionib⁹ per romanū pōtificē fiendis repetitur vt tenuit glo.in.c.ij. d preben.li.vi. quam oēs doc. nemie diſcrepāte ſequūtur niſi dūtaxat in caſibus a iure exceptis vt in.c.quāꝙ.de elec.libro ſexto. ꝛ in.c.i.vt lit'pē. eodem libro prout infra i hac pma parte circa finem ꝛ etiā in tertia declarabitur. Igitur talis ſacroſancti baſilien. cōcilii poteſtas ꝛ iuriſditio fuit et eſt ad ſummū pontificē priuatiua ꝛ nō ac cumulatiua ꝙ talis poteſtas ꝛ iuriſditio in pſonas ſit p ſaluatorē mūdi generali cōcilio priuatiue ad petrū ꝛ non accumulatiue cōceſſa ꝛ per q̄ verba fuit data ſtatim dicetur. Et ꝙ perſonarū contēplatio ſacroſancti cōcilij fuerit cauſa finalis ꝛ ꝑpetua ꝓxima ꝛ nō remota ꝓbatur/qꝛ verba ꝓhemia ꝛ prefationes q̄ dicūt ratiocinādo etiā enūciatiue aperiūt probāt ꝛ declarāt expreſſam voluntatē finalem ꝛ proximā cauſam diſponentis .vt in.l.fi.ff.de here.inſti. ꝛ i.l. prima.§ q̄bus.C.de iuſti.codi. cōpo. ideo cū predicta ver

¶Ptās in perſonas data cōcilio generali priuatiue ad papam.

bs ſacroſancti cōcilij ⁊ ei9 pfationes ſupi9 īſerta ſint in phemio ſituata/ igitur ex verbis ⁊ pfationib9 illius phemij colligitur/ratio finalis et prima vt in dictis iuribus ita ita notāter tenuit bal. ī dicto §. qbus ⁊ i. l. noſtrā. C. de teſtamen. et bar. in .l. cum hi. in principio. ff. de tranſ. ⁊ i. l. ambicioſa. ff. de decre. ab ordine faci. Cōfirmāt predicta q2 cū diſpoſitio baſilienſis concilij diſponat ſuper eligēdis perſonis in electiuis dignitatibus ⁊ ſic ſuper ſtatu rei ⁊ perſonarū reducēdo illū ad ſuū primum ſtatū et ſi ad ius cōmune/ vz. c. ne p defectu iuxta no. p glo. in dicto. ij. ſuperi9 alle. debet talis iuriſditio ⁊ poteſtas vt fauorabilis latiſſime īterpretari vt itelligat priuatiua ⁊ nō accumulatiua ad ſummū pontificem. vt in. c. ab exordio. xxxv. di. ⁊ in. l. ſi vn9. ff. de pactis ita tenet ange. in. l. teſtamēta omnia. C. d teſta. probatur per glo. ſuper verbo numerandum in. c. ſtatutū. de prebē. li. vi. arguēdo a cauſa ſpeciali put eſt dictum in. c. ſtatutū/ ⁊ q hec fuit exp̄ſſa voluntas ⁊ finalis cauſa ſctē ſinodi baſilieñ. luculenter conſtat per oīa capitula de elec. eiuſdem generalis concilij baſilieñ. premaxime per c. vnicum de reſeruatis. facit. l. benign9 cū. l. ſequēti. ff. de legi. ⁊. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. i. cū exp̄ſſe diſponat circa cās ratione forme diuerſas ⁊ ſeparatas. primo ⁊ regulariter eligēdo Secūdo ⁊ fallētialiter in caſibus duntaxat a iure exceptis puidēdo cum ſit generalis theoricā. q quando alicui aliquid generaliter phibet quod expreſſe non conceditur intelligitur dene

gatum.vt icle.exiui.§.porro de verbo.ſigni.tum et etiam q2 cum diſponitur ⁊ iudicatur rem meā eſſe ſimul diſponitur ⁊ iudicatur tuam nō eſſe vt in.l.pomponius ſcribit.§.ſed et is q̄.ff.de ꝓcur. Coadiuuantur etiam predicta alia ⁊ finali ratione/q2 ius etiā ſingulare ſemper eſt introductum ꝓpter aliquam vtilitatem.vt i.l.ius ſingulare.ff. de legi.ergo debemus illud conſeruare ⁊ interp̄tari in eo in quo euidētior ⁊ maior vtilitas reperitur videlꝫ vt poteſtas ⁊ iuriſditio ſacroſancti baſilieñ.cōcilii ſit ad romanū pontificē priuatiua ⁊ nō accumulatiua/⁊ iſta enim eſt tutior conſeruatio ⁊ benignior interp̄tatio.vt i.l.benigniꝰ ff.de legi.ꝓxime alle.vnde eſt ꝙ generis iuriſditio derogat ſpeciali quando vtilitas publica includit priuatam:ꝓut eſt in noſtro ꝓpoſito vt voluit bal.in additio.ſpec.i titu.defendis. ⁊ q̄uis ip̄e nichil alleget tñ eius theorica fundatur per l.ſi hominem.ff.manda.vt ſtatim ſubiiciam.tum ⁊ etiā q2 cauſa magis priuilegiata p̄fertur vt nota.in.l.i.C.de priuile.do.in.l.i.ff.ſo.ma.⁊ i iuribus ſuperis in principio alle. Unde in ꝓpoſito cū decreti ſpecialitas ſacroſācte ſinodi baſilieñ ſuperius expreſſati ſic ꝓpter vrgētiſſimā vtilitatem ⁊ eminentem neceſſitatem vt in ꝓhemio primi decreti de elec.ſepius alle.quod etiam diluci da ⁊ alta voce gallicana ecclia i ꝓhemio pragmatice ſanctionis in.§.qualiter preterea per ſanctos patres cum.§.ſequenti aperto ore fatet. q̄ vrgentiſſimis et publica vtilitas et eminēs neceſſitas ad ſpeciem deſcēdēdo conſiſtit in generali

deſcendēdo cōſiſtit in generali eccleſie dei refor
matione in capite ꝛ i mēbris: virtute cuius pote
ſtas ꝛ iuriſditio et expcognitio ꝛ deciſio ad ge-
nerale cōciliū ꝛ nō ad papam pertinet cum illā
a chriſto imediate habeat vt in decretis ſacroſā
cti baſilieñ. cōſilii i.c. ſacroſancta. §. et primo de
clarat de aucto. ꝛ poteſ. ſacro. gene. cōſilii. maxi
me cū caſus vrgētiſſime publice vtilitatis ꝛ emi
nētis neceſſitatis toti ꝛ vniuerſali eccleſie dei ſu
peruenićs caſſet ꝛ anullet quācunq; romani pō
tificis diſpoſitionē etiā ſi ſit priuilegiū in corpo-
re iuris clauſum cū per talem diſpoſitionē etiā
ſi ſit priuilegiū corpore iuris clauſū tota dei ec-
cleſia enormiter ledat. vt eſt caſus expreſſus i.c.
ſuggeſtū de deci. que fortificātur per. c. nō debet
i principio de ꝯſā. ꝛ affi. et. c. ii. de impub. deſpō.
cū quecūq; diſpoſitio generaliter vel ſpecialiter
dictata nūq; includat caſum vrgentiſſime et pu
blice vtilitati cōtrariū ꝛ ſi includeret nō valeret
vt in. c. bone. lo. i. de poſtu. prela. et i. l. iubilem⁹.
la. i. C. de ſacroſanc. eccle. ꝛ i. l. vtilitas publica
C. de primipil. li. xii. tū et etiā qꝛ intētio diſponē
tis nūq; eſt cōprehēdere et includere caſum inſo
litū vrgētiſſime euidentis et publice vtilitatis ꝛ
eminētis neceſſitatis de nouo vel alias ſuperue
niētē vt in. l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de cōtrahē.
emp. ꝛ. l. ſi quis. §. queſitū. ff. ſi quis cau. ꝛ in. l. ce
ſar. ꝛ i. l. fi. §. ſi per neceſſitatē. ff. de publica. ꝛ i. c
cū nobis olim ꝛ in. c. officii. in. fi. de elec. Que ꝓ
xima ratio ꝯfirmatur p caſum ſingularem in di-
cta. l. ſi hominē. ff. manda. quē cōmendat panor

A lege cenſet̄ ex-cepta pu-blica vtili tas.

poſt bal.in.c.fi.in quita colump. de conſue. vbi dicit ꝙ ſi dedi alicui ſpeciale mandatum vt manumittat aliquē ſeruū quod poteſt generalis ꝓcurator dñi ex noua cauſa iterdicere ſpeciali ꝓcuratori ne manumittat quaſi ex noua cauſa ꝑ dñm nō ↄſiderata poſſit generalis ꝓcurator venire cōtra eiuſdem domini ſpeciale mandatum. Hic affirmat bal.in.l.oēs populi i quita colūp. ff.de iuſti.et iure.ꝙ licet ꝑ.l.formā. C.de offi.p̄fec.p̄to. magiſtratus non poſſint ſtatuere cōtra ius/tamē poſſunt ex cauſa hoc facere ꝑ dictā.l. ſi hominē. quē panor. in dicto.c.fi. i alijs termi nis recitādo et ad noſtrū ꝓpoſitum dicit per dictā.l.ſi hoiem:ꝙ ex cauſa vrgenti ⁊ veriſimiliter nō prouiſa a canone poteſt fieri ſtatutū cōtra canonem/ quē determinatio nō eſt obliuioni tradēda illam determinatonē bal.fuit etiā ſecutus ⁊ ↄmēdauit panor in.c.ac ſi clerici.§.de adulteris in.v.colūp.de iudi.⁊ in.c.dilecti de appella.illā etiam approbat ⁊ cōmēdat alexan. in.l. ex duo bus.§.etiā ſi cōtra tabulas.ff de vul.⁊ pupil.Et dicitur vrgēs cauſa.ſ ſuadente vtilitate. vt in.c. ſtatutum in prīci.de reſcrip. ⁊ in.cap. alma mater in pricipio de ſen. excom. li.vi. Corroborāt iſta ꝑ theoricam.Jo.de pla.poſt bar.i.l.quo ad preſēs. C.de murilegu.li.x.vbi dicūt ꝑ illū ter. ꝙ ſuperuenīēte publica vtilitate ⁊ neceſſitate in populo poſſunt trāſgredi et violari pacta et ſtatuta.facit etiā quia in his in quibus eſt ⁊ iminet periculum in mora prout eſt in caſu eminētis neceſſitatis ceſſat omis legis vel hois ꝓhibitio vt

Ex cauſa pōt fieri ſtatutum cōtra canonem.

in.l.de pupillo.§. ſi quis riuos cũ.§. ſequē.ff.de noui oper.nũcia.⁊ in.l.ait pretor.§.ſi debitorē.ff: de his que in frau.cre.⁊ in ca.diſcipulos de cõſecra.di.v.quod ꝓcedit etiã in ꝑceptis iuris diuini que ꝓpter caſum eminẽtis neceſſitatis ⁊ vrgẽtiſſime ⁊ publice vtilitatis trãſgrediũtur. qđ inepte ⁊ male ſic ⁊ eo modo ab ignorantib⁹ allegatur imo poti⁹ et verius talis caſus eminẽtis neceſſitatis ⁊ vrgẽtiſſime publice vtilitatis a ꝑceptis iuris diuini dicitur ſemꝑ exceptus vt proxime dictum eſt. Quod tam veteris ꝙ etiã noui teſtamẽti auctoritatibus comprobatur. Nam i veteri teſtamẽto habetur ꝙ Dauid propter caſum eminẽtis neceſſitatis et vrgentiſſime publice vtilitatis:videlʒ pro cõſeruatione pſone futuri regis ⁊ ſuorũ introiuit ipſe ⁊ qui cũ eo erãt in domũ dei ſub Abiathar pricipe ſacerdotũ ⁊ panes propoſitionis mãducauit quos non licebat mãducare niſi ſolis ſacerdotib⁹. vt leui.vi. ⁊ dedit eis qui cũ eo erãt vt.i.regũ.xxi. quod in nouo teſtamẽto ſaluator mũdi comprobauit vt habetur Marci.ii.⁊ Mathei.xii.⁊ luce.vi. Item i veteri teſtamẽto ſabbatis nõ licebat quicꝙ operis facere vt deuterono.v. ⁊ exo.xxxv. ⁊ tamen Machabei ꝓpter caſum vrgentiſſime et publice vtilitatis ⁊ eminentis neceſſitatis:videlicʒ ꝓ tuẽda republica ⁊ eiuſdem legibus conſeruandis in die ſabbatorum pugnabãt.vt.i.Machabe.ii.et in.c. ꝙ non eſt : de regu. iuris quod etiam in nouo teſtamẽto dominus noſter Jeſus ratum habuit:vt habetur Mathei.xii.Marci.ii.⁊

luce. vi. vbi dicit q cũ dñs Jesus sabbatis am-
bularet p sata discipuli eius esurientes ceperũt
vellere spicas ⁊ mãducare. Item ⁊ ibi p verbũ
saluatoris dicit cũ p iudeos interrogaretur si li
cet sabbatis curare. Quis erit ex vobis hõ qui
habeat ouẽ vnã ⁊ si ceciderit hec sabbatis in fo
ueã nõne tenebit ⁊ leuabit eã/ quãtomagis me-
lior ẽ homo oue itaq licet sabbatis curare ⁊ be
nefacere. Coadiuuãtur hec qꝛ si hodie vn⁹ sol⁹
esset homo cũ sorore sua ꝓpter vrgẽtissimã pu-
blicã vtilitatẽ ⁊ emminẽtẽ necessitatẽ posset eã li-
cite cognoscere carnaliter ⁊ sobolẽ suscitare: qꝛ
tũc.o.reuolaret ad.a. vt i.c. ab exordio.xxxv.di.
vt in.c.cũ igitur genus et ibi glo. xxxv.q. pma.
Unde nõ ẽ obliuioni tradẽda xpi doctrina imo
poti⁹ cõmemorãda in locis ꝓxime allegatis qd
iste casus medẽdi ⁊ curãdi corpus ⁊ aiam est a
preceptis iuris diuini except⁹/cũ cura ⁊ sal⁹ cor
poris humani cõcernat vrgẽtẽ et publicã vtili-
tatẽ ꝓpter quã medicus etiã approbat⁹ valet re
ꝓbari vt i.l.ii. C. de ꝓfesso. et medi. li.x. ⁊ in .l.
sꝫ et reꝓbari.ff. de excusa.tu. ⁊ in.l. vt gradatim
§. sꝫ ⁊ reꝓbari.ff. de mune. ⁊ ho. facit illud eccle
siastici.xxxviii.i princi. Honora medicũ ꝓpter ne
cessitatẽ eteni illũ creauit altissim⁹. Itẽ et ibi cir
ca mediũ vbi dicitur. Eteni illũ dñs creauit ⁊ nõ
discedat a te qꝛ opa ei⁹ sunt necessaria Illustrãt
ista p ꝓbũ saluatoris dicẽtis Marci.ii. ⁊ Ma-
thei.ix. Nõ est op⁹ valẽtibus medic⁹ sꝫ male hñ
tib⁹/de aiarũ cura ⁊ salute habet i.c. cũ sit ars
artiũ de etã. ⁊ quali. ⁊ i.c. cũ ifirmitas de peni. ⁊

Casus cu randi cor pus ⁊ ani mã a pce= ptis iuris diuini est exceptus

remiſ.facit verbũ ſaluatoris. Mathei.xvi. ꝛ lu ce.ix. Quid eni pdeſt hoi ſi vniuerſum lucretur aie vo ſue detrimẽtum patiatur aut quam dabit homo cõmutationẽ p aia ſua: quoꝝ verborũ te nor habetur in.c.matheus deſuno. Pro quarũ cura ſalute et redẽptione dñs noſter ieſus mor tuꝰ eſt in.c.ſemel.lo.ii.de cõſecra.di.ii.l cle.vni ca i prin.de ſum.tri. Cuiuſqdem caſus videlicet curandi ꝛ medendi corpus et aiam ſic et eo mõ excepti poteſtas et iuriſditio pter vrgẽtiſſimã ꝛ publicã vtilitatẽ atqꝫ eminentem neceſſitatem toti humane nature videlꝫ xpianitati de nouo vl als ſuperuenientẽ vt dictum eſt non ſoli petro ſꝫ cũctis apoſtolis et coꝝ ſacroſancte vniuerſitati et ſic diſtributiue ꝛ collectiue p xpm ad hoc legi time cõgregate fuit immediate et priuatiue ad petrũ cõceſſa.vt habetur Marci.iii. Cuius ver ba de verbo ad verbum in preſẽti inſerenda de creui.ꝛ eſt tenor. Et aſcẽdẽs i mõtẽ vocauit ad ſe quos voluit ipſe ꝛ venerũt ad eũ ꝛ fecit vt eſ ſent duodecim cum illo ꝛ vt mitteret predicare ꝛ dedit illis poteſtatem curãdi ifirmitates ꝛ eijciẽ di demonia ꝛc. Et ſic iſta ptãs et iuriſditio fuit in pſonas totius vniuerſalis eccleſie dei tã i ca pite qꝫ i membris ſacroſctẽ aploꝝ vniuerſitati p xpm cõceſſa.idem habet Mathei.x. Cõfirmat etiã per illud Jo.xx. vbi xps poſt reſurrectionẽ oibꝰ apoſtolis ſil ꝯgregatis ait Sicut me miſit pater ꝛ ego mitto vos accipite ſpm ſãctũ quoꝝ remiſeritis pctã remittũt eis. Et quoꝝ retinue ritis retẽta ſunt que verba trãſũptiue habentur

in.c.loquitur.xxiiii.q.i. Quoſq́ꝫ apoſtolos ⁊ eoꝝ ſacroſanctā vniuerſitatē epī ⁊ generale conſiliū legitime cōgregatū repreſentāt. vt in.c.quoꝝ vices. lxviii.di.⁊ in.c.in nouo.xxi.di.⁊ in.c.videntes.xii.q.i. In quo q̄dē caſu duntaxat vꝫ medendi ⁊ curādi corpus et aiam totius eccłie dei ꝓpter vrgētiſſimā ⁊ publicā vtilitatē atqꝫ eminētē neceſſitatē de nouo vel alias ſupuenientē gñale conſiliū legitime cōgregatū ⁊ per ꝯñs ſacroſancta ſinod⁹ baſilieñ.eſt ſupra papā. Cum epī dicantur medici ſpūales dantes ſubditis correctionis medicinā vt in. c.i.lxxxvi.di. Vñ ꝙ ſicut medici periti nō vno collirio cōi oculos curāt ſic epī diuerſoꝝ hoīm diuerſis doctrinis medenť vt in.c.neceſſe eſt.xxix.di.exēplo xp̄i qui corpus et aiam Magdalene de ſeptē demoniis .i.de ſeptē mortalibus peccatis curauit vt habeť. Jo.xvi. Et in iſto caſu dūtaxat eſt intelligēda ⁊ interp̄tāda auctoritas beati hieronimi dicētis Orbis maior eſt vrbe vt in.c.legim⁹ .xcuii.di.⁊ ibi glo. In iſto etiā caſu eſt intelligēda autoritas beati Gregorii de ptāte gñalis conſilij ſic ⁊ iſto mō dicētis. Qr dū vniuerſalr ſunt cōſtituta cōſenſu ſe et nō illa deſtruit quiſq́ꝫ p̄ſumit abſoluere quos ligāt aut religare quos abſoluūt. vt habetur in ca.ſicut ſancti euāgelij.xv.di.⁊ ibi glo. Ita etiā et in iſto caſu dūtaxat eſt intelligēda auctoritas Leonis dicētis Ita dñs noſter ieſus xp̄s humani generis ſaluator inſtituit vt veritas que ātea legis ⁊ ꝓphetaꝝ p̄conio cōtinebať per apłicam tubā in ſalutem vniuerſitatis exiret vt in.c.ita

dñs.xix.di. vnde põderanda ſunt illa verba per apoſtolicam tubam i ſalutẽ vniuer ſitatis exiret Et ꝓ iſtorũ corroboratiõe dico fore caſum i.c. ſunt quidã. in.§. vbi vero.xxv.q.i.cuiꝰ verba in mediũ deducũtur. Ubi vero aperte dñs vel eiꝰ apoſtoli et eos ſequẽtes ſancti patres ſentẽtiali ter aliquid diffinierũt ibi nõ nouã legem romanus põtifex dare ſed potius quod predicatũ eſt vſq ad aiam ⁊ ſanguinẽ cõfirmare debet. Unde põderanda ſunt illa verba vel eius apoſtoli et eos ſequẽtes ⁊c.cum ſequentes apoſtolos ⁊ eoꝝ ſacroſãctam vniuerſitatem repreſentantes ſint epiſcopi ⁊ generale cõciliũ legitime congre gatum vt dictum eſt. In iſto eni caſu dũtaxat ẽ intelligẽdum illud quod legitur ad Galatas ſe cũdo.⁊ in capitulo paulus ſecũda queſtione ſeptima vbi paulꝰ apoſtolus noie ac vice aliorũ apoſtolorum petrum reprehẽdit. Sub iſto enim caſu eius ⁊ generalitate cõprehendũtur illi tres caſus/quos ſacroſãcta ſinodus baſilieñ.i.c.ſacroſãcta.in.§. ⁊ pmo declarat de aucto.⁊ pote ſta.ſacro.gene.cõcili.expreſſe et explicite nume rauit vbi diſponendo ſtatuit/ ꝙ q̃libꝫ cuiuſ ñq ſtatꝰ ꝯditionis vel dignitatis ẽt ſi papalis exiſtat i his q̃ ptinẽt ad fidẽ ⁊ extirpationẽ ſciſma tiꝫ. Itẽ ⁊ generalẽ reformationẽ eccleſie dei i ca pite et in mẽbris generali ꝯſilio obedire teneat. De pmo em caſu. ⁊ ſic de ptinẽtibꝰ ad fidẽ eſt caſꝰ i.c.ſi papa.xl.di.⁊ ibi glo.⁊ voluit gl.i.c.anaſtaſiꝰ.xix.di.ꝓbaẽt hoc i dicto.c.ſũt q̃dã.§.ſi ꝓxie alle. facit ẽt gl.i dicto.c. ſicut ſcti euãgelij Papa ſubeſt cõcilio in caſu fidei.

xv.di.cũ ſimilibus. De ſecundo vero caſu videlicet de pertinẽtibus ad extirpationem ſciſmatis eſt caſus in.c.ſi duo.lxxix.diſ.et ibi glo.⁊ iſte ſecundus caſus eſt intantũ extendendus: quod ꝓpter ſcandalum vitandum ſi due reperiãtur electiones facte de diuerſis perſonis ꝑ ſummo põtifice poteſt generale conſiliũ vtrãq; caſſare ita ſentit glo.iũcto tex.cũ ſuis allegationibus in.c.ſi.ſexageſima tertia diſtictione. De qua fecit magnum feſtũ panorꝫ. i ſuo ſmone incipiẽte Om̃ veritas quẽ corã frederico hui⁹ nomis tertio imꝑatore ad eorũ iuſtificationẽ que i generali ſinodo baſilieñ.ꝯ eugeniũ quartũ et ꝑ eandem generalẽ ſinodũ depoſitũ geſta fũt ore ꝓprio diuulgauit quod extẽdit ipſe etiã ſi alteri⁹ electio de iure tenuerit/ qꝛ alias de nichilo operaretur ſcãdali cõſideratio/quod confirmatur per glo. ſingularẽ.i.c.tua et ĩfra de decimis. Tertius vero caſus eſt videlꝫ de h:s que pertinẽt at gñalẽ reformationẽ ecclie dei in capite ⁊ in membris qui ꝓbatur in.c.memor ſum.xxiiii.q.i.vbi Sixt⁹ papa ſic inquit. Intelligo aũt michi nõ licere aliter ꝙ vt oẽs conatus meos ei cauſe ĩ qua vniuerſalis eccleſie ſalus infeſtatur impẽdam.ꝓbaꝛ etiã per ea que Gelaſi⁹ papa dicit i.c.⁊ ſi illa.i.q.vii cui⁹ verba i mediũ deducũtur. Et ſi illa nõ nũꝙ ſinenda fũt que ſi ceterorum conſtat integritas nocere ſola nõ valeãt illa tñ magnopene precauenda ſunt q̃ recipi ſine manifeſta decoloratõe nõ pñt. Fortificaꝛ etiam iſte caſus per ea q̃ habẽtur in.c.iõ permittente in.§.i. vigeſimaquinta

Sciſmatis.

Sermo panormitani corã frederico

In hijs q̃ ptinẽt ad gñalẽ reformationẽ ecclie

queſtione prima. ibi dum dicitur patet q contra ſtatuta ſanctorum canonum quibus ſtat⁹ eccleſiarũ vel cõfundantur vel pturbẽt priuilegia ab apl̃ico cõcedi nõ debẽt. Hãc cũ generalem eccleſie dei reformationẽ Clemẽs papa quitus puidẽter attẽdens ⁊ puide cupiens deformatoꝝ reformationi pſpicere per quã extirpãtur vicia ꝟtutes mſerũtur et exceſſ⁹ corrigũtur i vieneñ. generali cõcilio preſidẽs plurimas edidit cõſtitutiones i quibus multa vtilia atq ſalubria ſtatuit put Johãnes. xxii. romanus pontifex in phemio clemen. in ver. qr etiam atteſtatur. qd euidenter per omnes eiuſdem ꝯpilationis conſtitutiones etiam generalis cõcilii ad oculum apparere poteſt. Hoc idem pfeſſus eſt bonifaci⁹. viii ſumm⁹ põtifex de cõpilatione Sexti libri decretalium in phemio dicti Sexti in. §. quem librum ibi dum dicitur. perfectam in rebus agendis formã tribuat ⁊ in moribus diſciplinam. Ad quam quidẽ diſciplinã de exceſſibus corrigendis ⁊ moribus reformandis Innocentius tertius in lateranenſi concilio cũctos prelatos eccleſie dei monet ⁊ excitat. vt habeẽ in. c. ſicut olim. de accuſ. quam etiam deus p os hieremie. primo. imperat faciendã dum dicit. Ecce dedi verba mea in ore tuo/ ecce cõſtitui te hodie ſuper gentes et ſuper regna vt euellas ⁊ deſtruas ⁊ diſperdas ⁊ diſſipes ⁊ edifices et plãtes facit illud nõ diuitie nõ generis nobilitas ſed boni mores atq virtutes pfectio vite ⁊ ſiceritas ſciẽtie gratũ deo et acceptum faciũt ſacerdotẽ vt in. c. venerabilis de p̃=

bend. ꝛ i.§. His ita.xxxij.q.iiij.que moꝛum generalis eccleſie dei reformatio in capite et in membris nil aliud eſt ꝙ cunctas pſonas eccleſie dei etiam romanum pontificem a ſeptē demonijs.i. a ſeptem pctis moꝛtalib⁹ curare exēplo xpi magdalenā curātis vt dictum eſt. Cui quidē moꝛū reformationi etiā romani pōtifices recognoſcūt ſe generali eccleſie dei foꝛe ſubiectos/quoꝛūqdē romanoꝝ pōtificū ſequētia documenta et exempla demōſtrant. Primū eſt qꝛ legim⁹ hilariū papam cū quandā edidiſſet cōſtitutionē exceſſus coꝛrigētem moꝛūqꝫ reformationē in eccleſia dei inducētē ad tūc generale conciliū congregatū dixiſſe ꝙ vt deiceps poſſit illa tenaci⁹ cuſtodiri ſācte ſinodi.i. generalis concilij ſentētia ꝛ ꝓpa ſubſtrictio illi accōmodaretur et pſtaretur vt ſinodali iudicio aditur clauderetur illicitus vt ē caſus apertus in.c.ꝙ quis.xxxv.q.ix. Ecce igit̄ luculēter hūc romanū pōtificē in eccleſie dei reformatione ſinodi cōgregate iudiciū vt ſupmū oꝛbis tribunal recognouiſſe. Parit̄ quoqꝫ Simacus papa in ſinodo reſidēs cum de validitate cuiuſdā ſcripture qua cautū erat vt ſi romanū pōtificem ex hoc ſeculo migrare cōtingeret nō ſine pꝛefecto ptoꝛis vꝛbis Rome cōſultatiōe cuiuſqꝫ noua celebꝛaretur electio q̄ſtio referret̄ in mediū illam voluit i ſācta ſinodo plegi. vt cuius eſſet cognoſci poſſet. dicēs id agere ne ipm imposterū diſputare cōtingeret cum ſacrum cōciliū poſſet iudicare vt habetur in.c.bene q̄dem xcvi.di. Ecce ergo vbi romanus pōtifex ꝓfitet̄

Romani pōtifices recognouerunt ſe ſubeē cōſilio ꝯcernētib⁹ reformatione ḡnalē

Simac⁹

et ſe diſputatur dicit ſanctā ſinodū iudicate ſuper eo quod abuſum ꝯtinet ⁊ diminutionē eccleſiaſtice libertatis. Cōperimꝰ etiā nicolaū papā cū Lothariū regē admoneret vt ſue ꝯcubine dudū ab eo repudiate qꝫ excōicate cōmunionē declinaret ſubiũxit dicēs ꝙ ſi id ñ ageret p̄caueret nehoc ſctē ecclīe diceret. vt habet in.c.p̄cipue. ix.q.iii.vñ manifeſte cognouit in ſuis exceſſibꝰ incorrigibiliter perſiſtēte tribunali vniuerſalis eccleſie vt ſup̄mo fore ſubiectū. Repitur etiam Innocētiū.iiii.p iuſtificatiōe priuatiōis ⁊ depoſitionis de pſona Frederici impatoris ab ipiali dignitate ſpōte obtuliſſe ſe fore paratū vocarī reges p̄latos ⁊ principeſ tā ecclīaſticos ꝙ̄ ſeculares ad aliquē tutū locū eratqꝫ paratꝰ de ꝯcilio ꝯcilij ſibi ſatiſfacere ſi dictū fredericū leſiſſet in aliquo ac reuocare ſentētiā ſi quā ꝯ ip̄m iniuſte tuliſſet vt hētur in.c.ad aplīce de re iudi.li.vi.ecce hūc romanū pōtificē cuꝰ ſentētiā ⁊ diſpōnem poſſe p gñale ꝯciliū reuocari dilucida voce ñ erubuit ꝯfiteri.finaliter ip̄e glioſus gregoriꝰ quattuor illa ꝯcilia in q̄bꝰ velut in quadrato lapide ſctē fidei ſcriptura iſurgit ⁊ cuiuſlꝫ vite atqꝫ cōis actiōis norma.i.reformatiua regula ꝯſiſtit tota ſe dicit deuotiōe ꝯplecti. ⁊ itegerrima approbatiōe cuſtodire.vt hētur i.c.ſicut ſācti.xv.di.ſupiꝰ alle. in qua q̄dē gñali reformatōe ecclīe dei i capite ⁊ i mēbris ſūt p̄ncipalīr ꝯtēplate pſōe.i.ep̄i et ſupiores p̄lati cū ſit bti petri corpis mēbra vt i.c.ſignificaſti i fi.de elec.de quorꝫ ep̄orꝫ ordie ē ip̄e vicariꝰ xp̄i vt in ſaluatiōe.vi. ⁊ ibi per glo.et

Nicolaꝰ

Innocentius .iiii.

Gregoriꝰ

doc. ſunt etiam ipſi epi colūne eccleſie vt in ca. qualiter. et qñ.io.ii.de accuſ.et in .c. accuſatio ii.q.vii.ſūt ſāctiſſimi xpi legati ſpūales/ ſunt romani pōtificis fratres ⁊ coepi vt in cle.i. de penis vocātur etiam ſūmi ſarcerdotes vñ qui eos tangit pupillā diuini oculi tangit iniuria eorum ad xpm pertinet/ cuius legatione fungūtur vt ī dicto capitulo accuſatio. alibi vero dicit ꝙ eos ī oculos ſibi deus elegit. vt i.c.oues.vii.q.i.alibi vero ſecundū locum in eccleſia dei tenentes vt in.c.ante oīs.xl.di.alibi eī noīe dei ⁊ āgeloꝝ vt in.c.ſacerdotibꝰ.xi.q.i. Item ſunt poſiti tāq̄ ſignū ad ſagittā. vt ī dicto.c.qualiter ⁊ qñ/ ſunt ēt patres ſpūales.vt.c.qualis.ii.q.vii.et ī dicta cle.ꝑtinc.alle.cū aic hoim illis credite ſūt vt ī ca. ꝑcipimꝰ.xii.q.i. Propter que arctādi ſūt bona agere vt eoꝝ auctoritate cetera multitudo frāgat vt ī.c. comeſſationes ī fi.xliiii.di.ſpeciali ter romanꝰ pōtifex q̄ ptātē peccādi a ſaluatore mūdi nō ſuſcepit.vt in.c.non nos.xl.di.cū bonitas ipius ſalus ſit oīm/ ⁊ ꝑuerſitas eius cedat ī dānationē īnumerabiliū pſonaꝝ. vt in.c.ſi papa eadē di.

Quales eē debeāt pōtifices

Hinc dr quod multis virtutibus debet ſplēdere vita pōtificis vt gradui cōferat decorē quē ab eo nō accepit. Ex officio eī ſuſcepto nō licētiā peccādi ſed neceſſitatē bene viuēdi ſe nouerit aſſecutos.vt in.c.i.xl.di. bene quidē viuendo ⁊ bñ docēdo pplm iſtruit quō viuere debeat bene aūt docēdo ⁊ male viuēdo deū inſtruit quō eū debeat ꝯdēnare vt ī.c.multi ſacerdotes eadē di. tū et etiam ꝓpter hoīs. ſ. romani pontificis

et nõ iuris cõis reſeruationes de quib⁹ in extra
uagã. ad regimẽ benedicti pape duodecimi nec
nõ i aliquoꝝ pꝛedeceſſoꝛũ eiuſdẽ ꝛ ſucceſſoꝝ re
gulis cãcellarie/necnõ etiã in extrauagã. Exe-
crabilis Johãnis .xxii. generalis ſtat⁹ eccl'ie
dei decoloꝛat/imutat/ confundit et perturbatur
cũ Romanus põtifex ſuã vnicuiqꝫ poteſtatẽ/ iu
riſdictionẽ/ius poſſeſſionẽ/facultatẽ et pꝛeroga-
tiuã nõ ſeruãdo/ dictis hois id eſt pape reſerua
tionib⁹ inſiſtẽdo ꝛ perſeuerãdo/quid aliud agit
niſi vt p ipm p quẽ vniuerſalis eccl'iaſtic⁹ oꝛdo
cõſeruari debeat cõfundatur/quod eſt abſurdũ
vt in.c.puenit in ſi.xi.q.i.tũc.n.iura ſua ab oĩb⁹
cuſtodiẽda romani põtifices exiſtimãt quãdo ꝛ
ipi illis reuerẽtiã pꝛebent/ tunc eni iuſta eſt illi⁹
vocis auctoꝛitas/ſi qd alius ꝓhibet ſibi licet nõ
patiatur vt i.c. iuſtũ eſt.ix.di. Hec arbitrãdũ eſt
romanos põtifices iura/decreta/ꝛ ſacros cano
nes de electionib⁹ recte ꝛ rite diſponẽtia tot la-
boꝛib⁹ atqꝫ vigiliis excogitata/ necnõ cõtinuis
curis ꝛ aſſidua meditatiõe limata vt i ꝓhemio.
vi. ꝛ rõe fundata. vt in.c.cõſuetudo.i.di.qd lucu
lẽter ꝛ pꝛimo p decreta ſãctoꝛum patrũ a.lxi.di.
incluſiue icipiẽdo vſqꝫ ad.lxiii.ꝛ.lxxi.di. quaſi p
totũ. Item ꝛ p totum titulũ de elec.tã in volumĩ
ne decretalium q̃ etiã ſexti ꝛ etiã clemẽtinarum
apparere poteſt/ꝙ vno ꝟbo cupiditatis et aua-
ricie vicio ꝛ nullo cõcomitato iuſticie ꝛ caritã-
tis amoꝛe ſubuertere voluiſſet. vt i.c.eccl'ia ve-
ſtra de elec. ꝛ i.l.ſi qñ. C. de inoffi.teſta.pꝛemaxi
me cũ ſit pꝛedicta iura/decreta/et ſacri canones

a ſpiritu ſctō et eius inſtructu ⁊ dono dictata vt in.c.ſi ille.l.di.⁊ i.c.violatores.xxv.q.i.hic dicit gregorius.Si ea deſtruerē q̄ anteceſſores noſtri ſtatuerūt nō cōſtructor ſed euerſor eſſe iuſte cō probarer vt in.c.ſi ea.xxv.q.ii. Unde eſt qđ idē gregorius ait.Juſticie ac rationis ordo ſuadet vt qui a ſucceſſoribus ſua mādata ſeruari deſiderāt deceſſoris ſui pculdubio volūtatē ⁊ ſtatuta cuſtodiā vt in.c.iuſticie.xxv.q.i. Marie cū in tali ſubuerſiōe ⁊ decoloratiōe predictorum iuriū nulla ſubſit iuſta cauſa iuxta no.p glo.in.c.litteras de reſti.ſpo.⁊ in.c. ppoſuit de cōceſ.pbē. et faciūt nota.p inno.i.c. quāto de ꝯſue.⁊.in.c.ſup eo de biga.⁊ no.p ſpec.i ti.de lega.ſub.Rca.de diſpē ſa.§.nūc breuiter ad fi.fortificanſ etiā hec qr nō eſt negādū diſpoſitionē vel ſentētiā romani pōtificis poſſe melius cōmutari cū aliqđ ſurreptū fuerit aut ipa p ꝯſiderationē etatū ⁊ tēporum ſeu grauiū neceſſitatū quicq̄ ordiare decreuit vt i.c. cū ex litteris de in integrū reſti. ⁊ i.c.ſentētiam xxxv.q.ix.ſed in rebus arduis de q̄bus apud eū eſt dubitatio teneſ cōſiliū generale cōgregare: ⁊ illius iudicio ſe ſubiicere vt eſt caſus aptus in.c.de eo.l.di.⁊ i dicto.c. bū q̄dē.xvi.di.ſupius alle ⁊ i. c. ad ſedē aplicam.xxxv.q.v. maxie qr qū vult aditū claudere ad illicita ppetrāda potētiori remedio vtēdo requirit iuxta ſui ſcriptā depoſitionem generalis cōſilii ſubſcriptionē vt eſt caſus in.c.quod q̄s.xxxv.q.i.ſupius alle Sed reſeruationes electiuarum dignitatum ſunt de cauſis arduis cū per eas ſubuertātur cūcta vtilia ⁊ ſalu

bría iura ſup electióīb⁹ diſponētia iuſticia et ratiōe fūdata/ ⁊ inſtictu dono ⁊ grā ſpūs ſancti dictata vt dictū eſt. Jtē p eas laudabilis ⁊ āntqu⁹ mos ſctē vniuerſalis eccl'ie dei q̄ fuit ⁊ eſt vt vnaqueq́ eccl'ia viduata paſtoꝛe ſuū eligat p̄latū et ſpōſū p lōgiſſima ⁊ diuturna tpa icōcuſſe obſeruatus de cui⁹ initio nō eſt hoim memoꝛia i cōtrariū vt eſt glo. q̄ a cūctis ſcribētib⁹ nemine diſcrepante ꝯmēdaꝛ dicto. c. ii. de pꝛebē. li. vi. ⁊ faciūt no. p io. an. R̷ca. de ꝯceſ. pꝛebē. in addi. ſpec. ⁊ p panoꝛ in. c. mādatū de reſcrip. reuocatur/anullatur et caſſaꝛ. Saltē ꝑter pꝛedictū vniuerſalis eccl'ie laudabilē ⁊ antiquiſſimū moꝛem icōcuſſe obſeruatū apud eūdē romanū pontificē dꝫ eſſe euidēs dubitatio: videlꝫ an dicte reſuatiōes fieri poſſint. cū Alexāder hui⁹ nois papa. ii. moꝛē laudabilē ⁊ antiquū vniuerſalis eccl'ie icōcuſſe obſuatū diuerſis ⁊ variis penis: vꝫ celeſti pena poſtmodū gladio ppetui anathematis p̄cipiat obſeruādū ⁊ vt in dicto. c. ad ſedeꝫ apl'icam i fi. xxxv. q. v. Jdeo ſup his fiēdis reſuatiōib⁹ tenebāꝛ gn̄ale ꝯciliū ꝯgregare ⁊ illi⁹ iudicio ſe ſubiicere. vt i dicto. c. de eo. l. di. cū itegrū ſit iudiciuꝫ qd̄ plurimoꝝ ſētētijs id ē vniuerſalis eccl'ie ꝯfirmaꝛ vt i. c. pꝛudētiā de offi. dele. ⁊ facili⁹ id ē lucidi⁹ ⁊ pfecti⁹ iueniꝛ qd̄ a plurib⁹ ſenioꝛib⁹ q̄riꝛ vt i. c. ſi. xx. di. vū ē q̄ p āplioꝛes hoies pfectiſſima veritaꝛ reuelaꝛ vt i. l. ſi. circa. ſi. C. de fideicō. hic ē q̄ tractat⁹ ⁊ ꝯcilia habita cū pitis reddūt pitioꝛē vt i. l. iii. C. de ige. ⁊ manu. facit ēt qꝛ tractat⁹ ⁊ ꝯcilia cū ꝯſāguineiſ ⁊ amiciſ habita fugāt

Conciliū petere qd pꝛoſit

omnem dolum et fraudis ſuſpitionē et cōſtituūt quē i bona fide vt voluit glo.i.l.polla.C.de his qui.vt idig.facit tex.i.l. trāſactionēq̄.ꝛ ibi no. C.de trāſac. tum ꝛ etiā qꝛ ea que ſunt de conſuetudine ſūt de bona fide vt i.c.cum.M.ferarieñ: de cōſti et in.l.ꝙ ſi nolit.§.qui aſſidua.ff.de edil. edic.ꝛ i l.fi .c.de fideiuſ.itē iſta decoloꝛatio atq̄ perturbatio ꝓbatur:nā que eſſet iſta bonitas vt capiti pꝛodeſſet ꝛ oēs indiſcrimen adduceret vt i.c.ſed illud.xlv.di. Expedit eni cauere ne q̄ poſitus eſt ad gubernationē populoꝝ efficiatᷣ ruina multoꝝ:vt i.c.ita coꝛpoꝛis.xi.q.iii.ſine cauſa eni conatur quis ramos icidere ſi malā radicē nō contēdit euellere:vt in.c.quia radix de peni. di.ii.facit.l.ſed ades.§.aliter atq̄.ff. loca. q̄ eni in eccleſia dei ē ꝑpoſit⁹ nō dūm ꝓpter dūm querēs ſed lucris ꝛ cōmodis inhiās ꝛ honoꝛem ab oibus appetēs hic quiſquis talis ē mercenari⁹ eſt/iter filios dei ſe nō cōputet vt i.c. ſūt i ecclia viii.q. i. Pꝛobatᷣ etiā talis decoloꝛatio qꝛ inter epm ꝛ ſuā ecclā eſt matrimoniū ſpūale vt in .c. ſicut alteri⁹. vii.q.i.ꝛ in.c.requiſiſti de teſta.qđ i electione nūciatū in cōfirmatione ratū ꝛ in cōſecratione diciᷣ conſūmatū vt in.c.licet de trāſla. epi. vel elec.nō ergo ex reſcripto pꝛicipis petatᷣ tale matrimoniū ad iſtar carnaliū nuptiarū : vt in.l.i.C.ſi nup.ex reſcrip.petā nec deᷣ inuite ſpōſe ſpōſus:vt i.c.null⁹ inuitis.lxi.di. qꝛ alias quē eccleſia iuita recipiēs tāq̄ non optatū contēnit aut odit.eū ſpōſa ſpōſum quē nō diligit cōtēnat ꝛ abhoꝛreat vt i.c.veniēs ad apoſtolicā ſedē.de

Matrimoniū inter epm et eccleſiam.

Quis cognoſcat ā i trāſlatio ne ſit vtilitas.

ceſſa in alijs caſibus ſine quib⁹ illa exerceri nō poteſt vt in.c. ꝓterea et capitulo primo de offi. dele.facit.l.ij.ꝛ ibi nota. p Auge.ff.de iuri. om. iudi. Igitur cōceſſa poteſtate trāſlatandi epos vel epm aut admittere pmutationē vel dare licē tiam deſerendi monaſterium ꝓpter publicam vti litatem ꝛ neceſſitatem vel ꝓpter pſonarum ꝛ ec=cleſiarū vtilitatē vel neceſſitatem/videtur etiam conceſſa in aliis caſibus videlꝫ i caſu i quo du=bitat̃ videlꝫ an inſit publica vtilitas vel perſona rum ꝛ eccleſiarum vtilitas ꝛ neceſſitas ſine qua tranſlationes/aut tranſlatio vel permutatio/aut dare licentiam deſerendi monaſterium fieri non poſſunt. Fortificantur etiā iſta per ea que ſunt di cenda infra in quarta pte ſup illo articulo quan do negatur ꝙ reſeruatio nō eſt ex magna rōna bili ꝛ euidenti cauſa/ ꝛ in lrīs noiatim expreſſa ad quē iudicem ptinet eccleſiaſticū harum qua=litatum liquidationē ꝓbationem/et declaratio=nem facere. Et intantū eſt extēdenda hec prima fallentia ꝙ ea q̄ dicta ſunt in tranſlatione epoꝝ habebunt etiam locū in ceſſione ꝛ depoſitiōe eo

Ceſſio vel depoſitio epoꝝum

rum. cū iſta tria equiparentur a iure. ꝛ per reſer uationē corpore iuris clauſam ſolus papa ſit iu dex cōpetens. vt in capitulo inter corporalia de trāſla.epi.vel elec. ꝛ in.c.niſi cū pridē/ꝛ i.c. poſt tranſlationē de renun. Unde eſt/ꝙ cum epoꝝum ceſſiones ꝛ depoſitiōes ñ poſſint fieri niſi expreſ ſa iuris cauſa dūtaxat ſubſiſtente vt in dictis.c. niſi cū pridē et.c.poſt tranſlationem.et capitulo inter corporalia. Ideo papa imo poti⁹ ius con=

munc dicitur appoſuiſſe manū. ⁊ per cōſequens nullatenus eſt locus electioni. Fallit etiam pꝛe dicta regula quādo canonici eccleſie cathedra lis ſunt pꝛiuati poteſtate eligēdi/puta:quia ele= gerunt ſcienter indignū ex crimine vel patien= tem defectum in etate/ſcientia/oꝛdine et natali= bus.vt in ca.cum in cūctis.§.ſanc. et in.c.dudū lo.ij.de elec.quod ꝓcedit ſiue ſimul ⁊ ſemel ſiue ſeparatim elegerūt. vt in ca.bone. lo.i.et ibi gl. fina.de elec.et tenuit glo.in ca.quāꝗ eodē titu. li.vi.⁊ vbiqꝫ per omnes doctoꝛes vel quādo cō pꝛomiſſarius ſcienter elegit indignum ⁊ ipſi ele ctoꝛes et cōpꝛomittentes talem electionem ra= tam habuerunt.vt in ca.ſi compꝛomiſſarius.§.ſi vero de elec.libꝛo ſextovel quādo electoꝛes ſcië ter habuerunt ratam electionē per cōpꝛomiſſa= rios factam contra foꝛmam.c.ſicut eodem titu. et libꝛo ſexto. ⁊ ca.cum ab vno de re. iudi.eodē li.vel non ſeruauerūt foꝛmā.ca.quia pꝛopter de elec. Nam he ſunt reſeruationes coꝛpoꝛe iuris clauſe et per conſequēs ad ſolum romanū pon= tificem pertinet de pontifice ꝓuidere. vt in dic= to ca. quāꝗ/ et ratio dubitandi et decidendi ad dictum capi. ꝗ̄quā habetur ſupꝛa in pꝛima par te circa finem. Et cum dictum capitulum quāꝗ faciat et det regulam generalem/ videlicet ꝙ in omni caſu deuoluit̄ poteſtas de capitulo eccle= ſie cathedralis ad papam pꝛeterꝗ in caſu negli gentie dūtaxat in quo deuoluitur ad immedia= tum ſuperioꝛem vt ibi infertur / ꝙ ſi capitulum ſit excommunicatum vel ſuſpēſum et ſit in moꝛa

Si canonici elegerunt ſcienter indignum.

petendi abſolutionem/ vel ſi omnes de capitulo ſunt mortui vel inhabiles ꝙ in his oibus et ſingulis caſibus erit locus ꝓuiſioni ⁊ nõ electioni cũ omnes hi caſus comprehendãtur ſub reſeruatiõe corpore iuris clauſa/ videlicet dicti capituli quanꝗ. Ita reperio tenere io. de ymol. poſt pau. in cle. vt hi qui ſuper glo. in verbo conſtitutus. de eta. ⁊ qualt. Et idem eſt dicendum in caſu in quo nõ fuit ſeruata forma decreti ſacroſancte ſinodi baſilieñ/ videlicet ꝙ electores non audierũt miſſam de ſancto ſpiritu nec confeſſi/ nec contriti Eucariſtie ſacramentum reuerenter ſuſceperunt nec iuramentum ſecundum eiuſdẽ decreti baſilieñ concilij tenorem et formam preſtiterunt vt in decretis conci. baſill. in capitulo primo in §. et cum humane. de elec. et hõc per regulam dicti capituli quanꝗ. Tum ⁊ etiam quia nõ eſt dubium ꝙ forma per ſanctam ſinodum baſilienſem inducta eſt additio quedam poſita ad formam aliam quam in electione neceſſariã dicit. c. quia propter. de elec. ſed diſpoſitio queeũꝗ augmentatiua diſpoſitionis precedentis etiã ſi ſit ſtricti iuris et tacita iuris repetitione in ſe continet omnes eas qualitates/ conditiones et limitationes que cõtinentur in diſpoſitione augmentata vt in. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. et i. l. ſi cõuenerit. §. ſi nuda. ff. de pig. actio. ⁊ in. l. etiã. C. de iure doti. ⁊ in ca. quia circa. de priuile. et in. capitulo cum in tua. de decimis. ſed diſpoſitio augmẽtata ſcilicet ſepe dicti capituli. quia propter. recipit limitationem ꝙ in

Si nõ eſt ſuata forma baſil. decreti.

caſu quo in electione fuerit in eius forma pec=
catum deuoluitur poteſtas prouidendi ad ſedē
apoſtolicam. vt in dicto capitulo quanꝙ. ergo
idem dicendum eſt in forma addita per diſpoſi=
tionem augmentatiuam. vt ſi ſit peccatum in il=
la deuoluatur poteſtas prouidendi ad ſedē apo
ſtolicam. Nec huic obſtat ſi dicatur ꝙ predicte
allegationes loquuntur in materia contractuū
ſeu conceſſorum beneficiorum / quia dico idem
dicendum eſſe in diſpoſitione iuris quod ſequē=
tibus rationibus comprobatur. Lex enim iulia
de adulterijs introduxit primum caput adulte=
rij puniens ſolum alieni thori violatorem / ſtatu
ens aduerſus huiuſmodi criminis accuſatio=
nem quinquennium. vt in. l. quinquennium et in
. l. vim paſſam. §. preſcriptionem. ff. de adulte. po
ſtea vero in alia lege addidit ipſi capiti / ſecun=
dum dicens adulterium accuſari poſſe qui do=
mum prebuit. vt adulterium in eā committere=
tur. vt in. l. qui domum. ff. de adulte. et. l. auxiliū
§. in delictis. ff. de mino. querit lex. Nunquid ac
cuſationi introducte ex hoc ſecundo capite ad=
dito ad primum ſimpliciter abſqꝫ alia temporis
prefinitione itelligatur pariter prefixa meta qn=
quennij. Et deciditur ꝙ ſic: quia determinatio
adiecta determinationi legali cui fit additio in=
telligitur tacite repetita in alia diſpoſitione ad=
dente. vt eſt caſus expreſſus in. l. mariti lenoci=
nium. §. hoc quinquennium. ff. de adul. Ecce ſi=
mile ſecundum diſpoſitionem legis antique pu=
niens corrūpentē alterius ſeruū vel ſua perſua=

ſione eum deteriorem facientem parificauit corrumpentem filiū et corrumpentem ſeruum. vt in l. vt im. §. i. ff. de ſeruo corrupto. ſuperuenit lex noua addēs antique que vult ſerui corrupti etiam teneri illū qui male pſuaſit ſeruo quis pſuaſio non habuerit effectū queritur nūquid hec diſpoſitio addēs in ſeruo intelligatur etiam in ſe icludere filiū prout in materia corruptionis icludebat lex antiqua ad quam eſt facta additio/et dicit gloſator notabiliter ꝙ ſic i. l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. et idem concludit in. l. ꝙ ꝟo. ff. de legi. Facit ad idem. auť. poſt fratres. la. prima. C. de legiti. here. Ecce ſimile tertium. lex antiqua adinuenit querelā inofficioſi teſtamēti cōtra parētes qui in vltima volūtate vniuerſum patrimonium alijs concedunt eidem actioni metam ſtatuens quīquēnalem poſtmodū alia lex ipſi priori addidit querelam in officioſe donationis cōtra parētes donantes alijs inter viuos vniuerſum patrimoniū filios fraudendo contra officiū pietatis. queritur nūquid tpˢ quīquēnale prefixum per cōſtitutionē cui fit additio querele inofficioſi teſtamēti intelligatur tacite repetitum in conſtitutione addente et decidit legiſlator ꝙ ſic in. l. fi. C. de ioffi. donati: ad idē facit. l. nichil. ff. de pcūgen. cū emā. libe. z. l. ij. §. ſi mater. ver. ſed a quo. ff. ad tercu. et in auť. de filijs añ do. īſtru. ina. §. i. ad fi. coll. iij. Fortificať pterea/ qꝛ certū eſt hoc. ꝙ dicit lex. priores leges ad ſupletionē limitationēqꝫ poſteriorum trahi. vt in. l. non eſt et ꝯtra nouum cū ſequen. ff. de legi. vnde dicimus auť.

Lex antiqua ſupletur per poſteriorē

offeratur. C.de litis conteſ.dicentem indiſtincte conuentum ſatiſdare debere de iudicio ſiſti. ſuppleri et limitari per aliam legem antiquam que incipit ſciēdum.ff.qui ſatiſda.cogun.ſ.niſi poſſederit inmobilia.vt dicit glo. in dicta.l. ſciēdum et i dicta auꝫ.offeratur.adeo aũt hoc eſt verũ ꝙ ꝗuis ipſa lex nouiſſima habeat clauſulam derogatoriam ad leges priores/nichilominus nõ derogatur quominus ipſe poſteriores a priorib⁹ ſupletionē limitationēq; recipiant.vt eſt glo.ſingularis in auꝫ.de heredi.ab inteſta circa principium ſuper verbo vacantibus. colla.ix. de qua facit feſtũ bar. in extrauagante ad reprimēdum in glo. ſuper verbo non oſtantibus. idem etiam ſentit glo.in.l.obes.tm̄. C.de p̄di.mino. Corroborantur etiam q2 regula ſiue clauſula poſita in diſpoſitione precedētis legis intelligitur tacite repetita in diſpoſitione ſequentis legis de eadē materia loquētis.vt in.l.regularis circa fi.ff.de iuris ⁊ facti.igno.per quam bar.tradit hanc doctrinā in.l.pretor ait.§.critq; differētia.ff.vi.bo. rap. vel qñ repetitionē fieri ſuadet idēptitas rationis concurrēs in vtroq; caſu.vt in.l.nemo.§. hoc edictũ.ff.de teſta.tutel.⁊.l.nichil.ff.de cõm̃ gen.cum eman.libe.et in.c.ij.de trãſla. epiſ. vel elec.vel quando eandē repetitionem ſuadet fieri abſurditas. que ſequeretur ſi non fieret repetitio.vt in.l.quēadmodũ.§.fi.ff. ad legē acquil. Cum itaq; ſummus põtifex in ſepe dicto. c.quã ꝗ de elec.li.vi. det generalem regulã ꝙ in omni caſu deuoluaꝛ poteſtas de capitulo eccleſie ca-

Clauſula quādo cēſeatur repetita.

thedralis ad papam depto caſu negligentie dūtaxat. ergo eadem regula habebit locum in forma addita et tradita per decretum concilij baſilieñ. vt in ea itelligat repetita. Ex quibus euidenter patet ſolutio ad id quod obijci poſſet de decreto ſancte ſinodi baſilieñ. excipiente a regula dūtaxat reſeruationes corpore iuris clauſas Et ſic ꝙ forma dicti decreti baſilieñ. concilij cū non ſit in corpore iuris cauſa licet ſit peccatū in ea per electores/non tamen deuoluit iūs prouidendi ad apoſtolicam ſedem. quia illud haberet locum quādo eſſet noua et diuerſa forma ſecus ſi eſt eadem/puta: quia addita et hoc per predicta/cum in omni actu vbi forma deſideratur talis forma dicatur quid indiuiduum. vt in capitulo quorundā. et ibi gloſa. xxiij. diſtin. ⁊ in ſepe dicto capitulo. quia ꝑter. Unde eſt quod quotiens aliquid requiritur et illud tamen poteſt interuenire ex interuallo. nō dicitur pro forma requiſitū. vt voluit bar. poſt glo. in lege vniuerſa C. de preci. imper. offe. qḋ ſecus eſt in forma addita per decretū baſilieñ concilij. faciunt notata per Jo. an. ī capitulo quāꝗ de vſur. libro ſexto in nouella. et p Bal. in lege prima. C. qui admit. ad bono poſ. poſſunt. Poſt etiam dicta regula ſepe dicti capituli quanꝗ ampliari in caſu in quo electio fuerit per ſimoniacam prauitatē celebrata quia tunc cum electio ſit ipſo iure irrita et inanis vt in decretis ſancte ſinodi baſilieñ. in capitulo primo. in §. deinde eligant de electō. et in capitulo ſi alicuius et ibi nota. eodem titu.

Forma ē q̄d indiuiduum.

Si electō ſit p ſimoniā facta locus eſt ꝑuiſioni.

et in capitulo nobis de ſimo. et ſimoniacæ eligẽ=
tes p̃ter alias penas a iure ſtatutas ſint ipo fa=
cto iure eligendi priuati. vt in dicto §. deinde eli
gãt. q in tali caſu erit locus prouiſioni per ſedẽ
apoſtolicam / quod eſt verum niſi ſymonia eſſet
cõmiſſa in fraudem illius qui ſperabatur eligi.
vt eſt caſus expreſſus in dicto capitulo nobis / et
ibi per panor. qui dat doctrinam qualiter probe
tur ipſa fraus. Et per dictam regulã in dicto. c.
quãq̃ poteſt ſecure affirmari q quotiens aliqs
inhabilis eſt admiſſus ſcienter / puta excommu=
nicatus vel laicus vt capi. illa. et i capitulo maſ
ſana. de electi. ad electionem vna cũ habilibus
celebrandã / q cum talis electio ſit nulla ipſo iu
re. vt in dicto capitulo maſſana. et tenuit inno. in
dicto capitulo illa. et panor. i capitulo finali de
pcur. q in tali caſu cũ ius puidẽdi deuoluatur
ad papam / et non ad immediatum ſuperiorem q
erit locus prouiſioni per ſedem apoſtolicã et nõ
electioni. vt in dicto capitulo quãq̃. ſecus ſi in=
habilis admittatur ignorãter / quia etiã ſi vnus
ſolus ſit habilis tenet electio. ratio diuerſitatis
ſcdm p̃dictos doc. eſt / qr qñ admittit inhabilis
ſciẽter vident hi ad quos ptinet ius eligẽdi nõ
velle ſine illo pcedere ſz poti9 q act9 ſumat vim
et efficaciã ab oib9. ſed qñ ihabilis ignorãter ad
mittit habiles vidẽtur velle eligere meliori mõ
quo pñt. Vñ eſt q nõ ificit eoꝝ ptãs pter inha
biliũ ↄnexionẽ q̃ diuerſitatis rõ coadiuuat qr lz
in ſcrutinio iteruenia t ſingulorꝝ ↄſenſus electio
tñ ſit poſt modũ p vnũ nomine vniuerſitatis nec

Si inha=
bilis ẽ ad
miſſus ad
electionẽ

exprimũtur inhabiles. vt in. c. in geneſi de elec. et in.c.ſicut eodẽ ti.li.vi. Hinc eſt ꝙ ſi nõ exiſtẽs in ſacris ſeu al's inhabilis admittitur ignorãter ad eligendum/ quod ꝓpter illius vocem electio non inficitur. vnũ tamen eſt ꝙ vox ſua non computatur ĩ numero. ita reperio tenere. io. an. in regula. quod alicui ſuo de re.iu.li.vi.ĩ mercu. quẽ refert et ſequit̃ panor. in dicto.c.fi. ¶ Fallit vlterius predicta regula qñ electus ante confirmationẽ adminiſtrauit per ſe vel per aliũ in totũ vel in partem ſub quouis colore permittentibus et cõſentientibus electoribus/ quia cũ iſto caſu electus ſit priuat9 ipõ iure. vt in.c. auaritie de elec. li.vi. et per ↄ̃ns per dictam regulã ſepe dicti ca. quãꝗ̃ eſt locus ꝓuiſioni per ſedem apoſtolicam et non electioni. ¶ Fallit etiam predicta regula ſi ex duobus vel pluribus electis litigãtib9 alter decedat renunciet vel a ꝓſecutione cauſe excludatur/ vel ius ſuũ non ꝓſequatur ſi lite pendente cũ reliquo fuerit alia electio celebrata cũ talis electio ſit ipõ iure nulla. vt in.c.i. vt lite. pen. libro ſexto. ⁊ in capitulo ex parte de arbit. etiam ſi eligatur ipſe ſuperſtes cũ alia dicatur electio etiã ſi fiat de eadem perſona vt in.c. vt quis duas. de elec. li.vi. et tenuit Geminia poſt io. an. in dicto.c.i. cũ prius debeat diſcuti validitas prime electionis/ qꝛ data validitate illius nõ valet ſecunda. vt in capitulo conſiderauimus de elec. et in dicto.c. ex parte in fine ꝙ in tali caſu erit locus ꝓuiſioni.i. poterit per ſedem apoſtolicã loco illius ſic decedẽtis/ renunciantis vel ius ſu=

Si electũ añ confirmationẽ adminiſtrauit

Si vnus ex litigãtib9 cedat.

um non proſequētis alius ſubrogari vt in dictis .c.i.et.c.ex parte quorum omnium ſic contendē tium ius diſcutietur ⁊ examinabitur per iudicē cōpetentē vȝ p eū q̄ habet ius infirmādi vl' ꝯfirmādi iuxta formam.c.fi. de electi.li.vi.⁊ decreti baſilienſis ꝯcilij.in ca.i.§.facta autem electione de electio. qui ſubrogatus ſeu prouiſus admittetur in illo duntaxat ſtatu in quo inuenerit litem pendere et ad actus qui reſtabant fieri nō autē vt de nouo iterentur omnia vt in.c.fi.in fi.vt lite pen.l.vi. ¶ Ulterius fallit predicta regula quādo epiſcopus a paganis aut ſciſmaticis eſt captus qa tunc cū ſit caſus in quo mors ciuilis eq̄paraē naturali⁊ ſedis apoſtolice interſit hui⁹ eccleſie vacātis neceſſitati prouidere ⁊ nō alteri⁹ prouidere erit locus prouiſioni ⁊ nō electiōi cū iſte caſus ſit de reſeruatiōibꝫ corpore iuris clauſis vt eſt ius apertū in.c.ſi epūs de ſupplē. negli. p̄la.li.vi.⁊ hoc apte ſentit glo.fi.ibi dū dicit ordinari aliter ꝓuidēdo. Et idem eſt dicendū quādo epiſcopo ſenio aut valitudine corporali grauato vel alias ꝑpetuo impedimento ⁊ officium ſuum non valenti exercere aut dementi etiam eo inuito ſedes apoſtolica dederit coadiutorē vl' coadiutores quia in hoc caſu ⁊ precedēti licet naturaliter talis epūs moriatur erit locus prouiſioni ⁊ non electioni vt ꝓbatur in capitulo vnico.§. ſi autem epūs de cleri.egro. li.vi. cū ſit etiam ille caſus de reſeruationibus corpore iuris clauſis Et horum duorū caſuum poteſt eſſe ratio vltra predictam rationem quia cum in vita epōrum

Si epūs a paganis capt.

Si epō datus eſt coadiutor

licet romano pontifici prouidere imo ex neceſſi
tatis officio tenetur vt ibi dicitur ꝛ ſic nō ꝓcedit
ex mera hominis voluntate. ergo ꝛ multo fortiꝰ
poſt eorum mortem poterit prouidere cum ea q̄
permittuntur in vita ſint etiam permiſſa ꝛ i mor
te/ ꝛ alias ſi diceremus contrarium ꝙ poſſet in
vita ꝛ non in morte eſſet in humanum deuenien
do in vicium fuſie canine quod merito reproba
tum extitit. vt inſti. de lege fuſi cani. per totū vn=
de eſt quod cū romanus pontifex in vita ſua ap
poſuerit manū ex neceſſitatis officio/ etiā poſt
mortem epōrum nullus inferior poterit ſe intro
mittere. vt i dictis. c. vt noſtrū ꝛ. c. ſi eo tp̄e ſupiꝰ
ſepe alle. et in. c. executor. §. fi. de conceſ. prebē.
li. vi. Et ex hoc poteſt ſecure affirmari ꝙ ſi duo=
bus vel pluribus ſuper electiua dignitate etiam

Si penſio eſt creata ſup epātu

pontificali ligantibus/ puta quia ſunt duo vel
tres electi/ aut vnus electus alter prouiſus ꝛ ve
niant ad concordiam de ſituando penſionem ſu
per fructibus dignitatis etiā pontificali apoſto
lica auctoritate/ ꝛ papa ꝓpter bonū pacis ꝛ con
cordie apponat manū penſionē conſtituendo de
partium expreſſo conſenſu iuxta formam regule
cancellarie traditam que Incipit. Item voluit ꝛ
ordinauit ꝙ ſuper reſignatione. ꝛc. ꝙ cum papa
appoſuit manū in vita ꝓpter iuſtā ꝛ rationabilē
cauſam vidꝫ ꝓpter cōcordiā ꝛ bonū pacis ꝛ ſic
ex neceſſitate ꝛ nō mera ꝓpria voluntate vt in. c.
niſi eſſent de p̄bē. ꝛ in. c. ꝙ ſicut de elec. ꝙ lꝫ poſt
modū obtinēs dignitatē electiuā ēt pōtificalem
decedat ꝙ ꝓpter precedentē ſedis apoſtolice i=

mo verius iuris cōis man⁹ appoſitionē nullate nus erit loc⁹ electioni/ ſed ꝓuiſioni/et eſt ratio qꝛ finis romani pōtificis manum apponēdo fuit ratiōabilis.ſ.ꝑter ꝯcordiā ꝛ bonū pacis ꝑpē que tranſgrediūtur pꝛecepta canonica.vt in. c. ij.in fi.de impu.deſpō.licet abbas vl'ep̄s poſtea decedat nihilominus remanet appoſitio manus que fuit rationabilis cā ꝑter quā licet abbas vel ep̄us deceſſerit remanet effectus ex tali manus appoſitione ꝓductus vt ſcꝫ nullus iferioꝛ poſſit de eius electione poſtmodū faciēda ſe intromittere/ cū pape vtiliter gerēti eccl'ie negociū fuerit acquiſitū ius ꝛ actio exēplo negocioꝛū geſtoꝛis/q̄ a pꝛicipio vtiliter geſſit negociū licet effectū nō habuerit qꝛ domū reparauit vl' ſeruum egrum curauit/ qꝛ licet poſtmodū domus ſit exuſta.vel ſeruus obierit remanet actio negocioꝛū geſtoꝛū ei ſalua.vt i.l. ſꝫ an vltro.§.i.ff. de nego geſt.ꝛ i.l.ſi ſeruū.C.eodē ti.qđ ꝓcedit nō ſolū qn̄ eſt dubiū ius electi vl' ꝓuiſ.ſꝫ etiā qn̄ cōſtat clare nullū ius habere.vt i dicto.c. niſi eēnt nec iſto caſu requiritur cōſenſus capituli vel cōuentus in penſione ſituanda cum ꝑter concoꝛdiam ꝛ bonū pacis relaxētur pꝛecepta canonica vt in dicto.c.ij.ꝛ in dicto.c.niſi eſſent ꝛ i.c.cura de iure patro.faciunt nota.i.c. cū inter. et de electi.tum et etiā quia quando publica vtilitas ꝛ neceſſitas ineſt alicui actui explicādo ꝛ foꝛma iuris non poteſt in eo ſeruari/ tunc ne talis publica vtilitas ꝛ neceſſitas īpediatur ſufficit ꝙ talis foꝛma req̄ſita ſeruetur p eq̄polēs.ſ.p p̄n̄tiam

Sufficit ab initio vtiliter geſſiſſe negocia

in pēſiōe ꝯſtituēda nō req̄rit̄ ꝯſēſus capituli

et auctoritatem pape v.t fuit dictum ſupra i prin cipio huius tertie partis faciũt i materia pẽſionis nota.in.c.ꝓhibem⁹ et in.c.ſignificauit de cẽſi.ꝛ nota.per modernos in.c.ad audientiã de reſcrip.maxime quia in tali caſu principaliter iter eſt ipius.epi vel abbatis penſionem ſoluentis licet ſecũdario ipius capli vel cõuẽtus. vt ꝑ glo. in.c.ꝙ uis pactum de pactis li.vi.ꝛ in c.cũ cõtigat de iureiurã.vñ eſt ꝙ nõ attẽdiť eius itereſſe vel cõtradictio.vt ibi hinc eſt ꝙ actus/citatio/ꝛ iudicium debet dirigi cõtra illũ quẽ pricipaliter negocium tangit.vt in.l. tpibus.§.denũciari. ff. deven.inſpi.ꝛ tenuit bal.in rubrica.C.de ſucceſ. edic.ꝛ tenuit Cardi.zaba.in.c.inter quattuor de maio.ꝛ obe.facit ter.in.c.ſi iudex laic⁹ circa pricipiũ.de ſen.excõ.li.vi. Nec his obſtant q̃ ſuperius diximus i ꝓrima ꝛ.ij.parte vbi fuit dictũ ꝙ nõ obſtãte cõmenda de electiua dignitate facta vel non obſtante viſitatore vel ꝑpetuo adminiſtratore in tpalibus et ſpũalibus eccleſie cathedrali vacãti ꝑ ſedẽ aplicam dato ꝙ poſt illorum mortẽ erit locus electioni ꝛ nõ ꝓuiſioni qꝛ in dictis caſibus ꝛ ſingulis coꝝ dr̃ hoĩs manus id ẽ pape ꝛ nõ iuris appoſitio ꝛ ꝑ ꝯñs hoĩs ꝛ nõ iuris reſeruatio cũ in dictis caſibus reſeruatiões hoĩs.ſ.pape nulli neceſſitati iuris.ſed poti⁹ mere volũtati pape nulla iuris cauſa expreſſa ſubiciũtur vt ibi plenius fuit dictũ qđ ſecus eſt i his i qbꝫ ieſt iuris necitas ꝛ cã iuris expſſa. vt i dictis.c.ſi epſ ꝛ.c.vnico ꝛ.c.ꝙſicut ꝛ.c.niſi eẽnt In qbꝫ caſibꝫ ñ mera volũtate ſꝫ iuris necitate pa=

pa moueť manũ apponere cũ faciẽs aliqd ex ne
ceſſitate officij nõ volũtarius ſʒ iuitus facere di
cať. vt in. l. ſi quis i graui. l. §. vtrũ. ff. ad ſillia. et
in. l. rem legatã in fi. cũ ſimilibꝫ. ff. de addi. lega.
⁊ p conſequens licet p mortem horum epoꝝ ex=
piret officium coadiutorum nõ tamẽ expirat ap
poſitio manus per ſedem aplicam facta Et ra=
tio diuerſitatis inter vtrũqꝫ caſum eſt. quia cum
reſeruatiões corpore iuris clauſe ſint priuilegia
ſedis aplice ⁊ motu ꝓprio ꝓpter aliquã vtilitatẽ
emanata vt ſtatim diceť debent latiſſime interp̃=
tari vt in. c. ſi plurilꝫ de p̃ben. li. vi. vt ſint perpe
tue. vt in regula decet conceſſum a principe de
re. iuris. li. vi. ſecus in reſeruationib⁹ hoĩs. ſ. pa
pe qr cũ ſint contra ius cõmune ⁊ ꝓcedant a me
ra romani pontificis voluntate dũtaxat. et ſine
cauſa etiã i iure expreſſa. ⁊ per ꝯñs odioſe vt i re
gula odia. ⁊ in regula que a iure cõmuni. de re.
iuris. li. vi. debent ſtrictiſſime iterpretari. iſta eſt
glo. notãda q̃ facit hanc differentiã inter priuile
giũ corpore iuris clauſum id eſt inter poteſtatẽ
legis mortue. ⁊ poteſtatem hominis i. c. q̃ is ſup
verbo aliud de ꝓcur. li. vi. faciunt notata in. l. ſi
vnq̃. C. de reuocã. dona. et i. c. q̃uis de reſcrip.
li. vi. ⁊ in. c. tãta. qui fili. ſunt legi. Et in his duo
bus caſibus videlꝫ quãdo eps a paganis / aut
ſciſmaticis eſt capt⁹ vľ qñ datur coadiutor epo
in caſu dicti. c. vnici. de cleri. egro. li. vi. põt ho=
die ſaluari opi. frede. de ſenis. in tractatu pmu.
beneficioꝝ vbi dicit ꝙ ſublata cõmẽda ex eo ꝙ
papa appoſuerat manũ dicitur electius digni=

Reſeru[a]tiones [c]orpore iuris de[bẽt] late [in]terp̃tari

tas vacare in romana curia. Item ⁊ his duobꝫ caſibus poteſt ſaluari hodie opi. archi. in. c. Is cui. de elec. li. vi. vbi voluit ꝙ ſi eccleſie cathedrali vacanti papa dat viſitatorem vel perpetuum adminiſtratorem ꝙ nemo poterit illi eccleſie prouidere de paſtore: quia hoc faciẽdo videtur eius prouiſionem reſeruaſſe. Nec predictis obſtat dicendo ꝙ papa non fuit requiſitus ad hoc per capitulum quia dicendum eſt ꝙ illud ad qđ quis inuitus vel ex officio tenetur non eſt neceſſe poſtulare. vt in. l. ij. ff. de tutel. Finaliter predicta regula fallit in cathedrali eccleſia clero et populo criſtiano carenti cui papa ſolus prouidere poteſt cũ ſit reſeruatio corpore iuris clauſa. vt in clemen. in pleriſqꝫ de electione Nec omnibus predictis reſeruationibus corpore iuris clauſis ⁊ ſingulis earum dempta finali cui non poteſt contrarium applicari. poteſt obici dicendo ꝙ licet in predictis caſibus ſit locus prouiſioni tamen papa debet remittere electionem futurã ad capitulum vel conuentum vt infra tempus iuris eligant vt in decretis baſilienſis cõcilij in capitulo licet. §. verumtamen de electio. qꝛ dicendũ eſt ꝙ dictus. §. vetũtamen loqtur quando electio eſt canonice celebrata ſꝫ timetur ꝓ grauẽ in ecclĩe aut patrie vel boni publici perturbationem qꝛ tunc ſi fuerit ad romanum põtificẽ talis electionis confirmatio delata et cognouerit talem vrgentiſſimam cauſam videlꝫ pturbationis adeſſe cum ipſi electores non peccauerunt. in forma nec in materia ſcꝫ indignum eligendo/

Si eccl'ia cathedra lis clero ⁊ pp'lo careat

nec fuerunt negligẽtes debet ad eoſdem electo
res tali electione reiecta futuram electionem ce
lebrandam remittere. Et ille eſt vnus caſus ſpa
lis in quo etiam canonica electio caſſatur ſine
etiam culpa electi. non tñ ſine cauſa legitima/et
hoc ꝓpter publicam vtilitatem. ꝓpter quã poteſt
quis priuari dñio rei ꝓprie vt in. l. bene a zenone
C. de quadrien. preſcrip. cum ſimilibus. Unde
eſt ꝙ cum diſpoſitio dicti. §. verũtamen ſit caſus
ſpecialis ꝙ in contrarium eſt regula iuris com=
munis et decreti. concilij baſilieñ. vt in. c. preſen=
ti. §. loca de preben. li. vi. et in ſepe dicto. c. quãꝙ
de elec. eodẽ li. Et ratio quare ṗdicte reſerua=
tiones corpore iuris clauſe a ṗdicta regula exci
piunt eſt cũ q2 ſint iura ſingularia ideſt ṗuilegia
corpe iuris clauſa ṗrogatiuas ſedis aplice dũ
taxat cernẽtia vt in ſingulis iuribus ſupra alle.
et in. c. ij. de ṗben. li. vi. et ius ſingulare ſemp ſit i=
troductum ꝓpter aliquam vtilitatem vt in. l. ius
ſingulare. ff. de legi. et iura ſingularia id eſt ṗui
legia corpe iuris clauſa ſint ꝓprio motu emana
ta. vt voluit glo. i. l. ij. C. de bono peti. ſubla. li. x
quã etiã ibi ſequit et cõmẽdat bar. et tenuit glo.
in. l. i. §. fi. C. de nouo codi. cõpo. quã quidẽ vtili
tatẽ ꝓprius motus ṗſupponit ṗcedere et vrgere
vt eſt glo. vnica i iure i. c. fi. de accuſ. libro ſexto
Uñ eſt ꝙ eidem vtilitati et iuri tercij non intelli
gitur derogatum vt in. c. ꝗuis de reſcrip. li. vi. et
in capitulo ſup eo. de offi. dele. et in. l. ij. §. ſi qs
a principe. ff. ne quid in loco publico. Et qa cir=
ca predicta aliquis inſtare poſſet dicẽdo/nonne

Priuile- giū corpo re iuris clauſum ⁊ cōe an ſit idem.

reſeruatio corpe iuris clauſa ſiue priuilegiū cor pore iuris clauſum et eius cōmune ſunt idē qḋ videtur quia quēadmodum ius cōmune fuit ꝓ prio motu principis emanatum. vt tenuit glo. in .c. cōſultationi. de tēpo. ordi. ita ⁊ priuilegiū cor pore iuris clauſum vt voluerunt glo. in. l. ii. C. de bo. peti. ſubla. li. x. ⁊ ibi bar. ⁊ glo. in. l. i. §. fi. de no. codi. ꝯpo. ꝑrie alle. Itē qr ſicut reuocat̄ ius cōmune p aliud ꝯtrariū lꝫ nullā faciat men tionē de illo vt in. c. i. de conſtitu. li. vi. ita ⁊ priui legiū corpore iuris clauſum reuocatur per ius cōmune ꝯtrariū licet de illo nullam faciat men tionem. vt tenuit glo. ſuper verbo corporali in. c. vt circa de elec. li. vi. quam omnes doc. come dāt eſt alia eidem ſocia ⁊ eſt finalis in. c. fi. de ſē. excom. li. vi. ¶ Item quia ſicut ius cōmune nō habent diem nec annum valet et ꝓbat ita ⁊ pri uilegiū corpore iuris clauſum vt in. l. i. §. fi. ⁊ ibi gl. bal. ⁊ ſali. C. de nouo codi. compo. ¶ Item qr ſicut ius cōmune ⁊ eius verba debent late in terpretari vt tenuit glo. in. c. vnico de rerum per mu. li. vi. ⁊ i. c. ſi gracioſe de reſcrip. eo. li. ⁊ vbiqꝫ p Gemi. ita ⁊ priuilegiū corpe iuris clauſū ⁊ eiꝰ ꝟba vt eſt glo. notāda. i. c. cū de diuerſis de ꝑui. li. vi. ¶ Item qr ſicut ius ꝯmune nō ligat niſi a tempore duoꝝ menſium poſt publicationē ita et priuilegium corpore iuris clauſum vt eſt glo. ſo litaria i ꝟbo de cetero i ꝓhemio. cle. circa pricī piū. ¶ Item quia ſicut p ꝯſuetudinem deroga tur iuri cōmuni. vt in. §. ex non ſcripto inſti. de iu re natu. ita derogatur priuilegio corpore iuris

clauſo vt voluit glo.i.c.i.de ſtatu mona.quã ibi comendat panoz. Item quia ſicut iura municipalia recipiunt interpretationem et declarationem reſtrictiuam a iure cõmuni de ſtatuto ꝓbatur in.l.ij.C.de noxa.acti.et in lege ceſſar. ff.de publica. de conſuetudine etiam ꝓbatur in capitulo cum dilectus de conſue. Ita etiam a priuilegio corpore iuris clauſo.vt in capitulo finali. verſiculo.In ꝑbendis vero de cõſue.l.vi.faciũt no.per doc.poſt glo.in.l.fi.§.incõputatione.C. de iure de libe. Sed his ſimilitudinibus nõ obſtãtibus veritas eſt incõtrariũ/quia imo ſunt diſtincta et diuerſa quod ſequentibus differentiis patebit quas breuitatis cauſa vt leuius ⁊ ſũmarie potero recitabo. Eſt et prima quia ꝑ ius cõmune declinatur iuriſdictio ipſo iure nec citatus tenetur ꝯparere allegaturus ius commune nec contra citatum valet ſententia etiam contumacie punitiua vt voluit glo.in verbo niſi forſan.in capitulo ſuper litteris de reſcrip.⁊ tenuit glo.ſuper verbo.citet partes in.§.in nullo quoqꝫ in capitulo ſtatum.eodẽ titu.libro ſexto ſecus in priuilegio corpore iuris clauſo. quia virtute talis priuilegij corpore iuris clauſi nõ declinaẽ iuriſdictio ipſo iure ſed ope exceptionis vt in.l.ſi quis ex aliena in fine.ff.de iudi. et ſi nõ cõpareat valebit contra ipſum ſententia contumacie punitiua/licet nõ valeat ſuper principali. vt voluit gl. in capitulo cum ordinem.de reſcrip.facit glo.in lege ſecunda.§.i. in verbo conſenſus. ff.de iudi. Unde eſt ꝙ licet reſeruatio corpore iuris clau-

Differentie iter priuilegium corpoꝛ iuris clauſũ et ius cõe

ia ſit notoria cū conſiſtat in iure et non indigeat ꝓbatione cum queſtio iuris non ſi probāda. vt in.c.ſepe ꝯtingit de appella.ꝛ in.l.ſretuſa.ff. de ſta.hoim bene tm̄ eſt allegāda ꝛ ꝓponēda. vt in clemē.appellāti ꝛ ibi glo.de appel. Et ſi bn̄ pōderētur ꝟba huius differētie includūtur ſub ea alie due differētie ꝛ ſic ſunt tres/vȝ q: p ius cōe declinat iuriſditio ipo iure. Itē ꝙ citatus nō tenet ꝯparere allegatur ius cōe. Itē ꝙ nō valet ſnia etiā ꝯtumacie punitiua lata ꝯ citatū cōtra ius cōe ſecꝰ ꝟo eſt in his tribus caſibus i priuilegio corpe iuris clauſo. Itē ignorātia ꝑuilegij corpe iuris clauſi attribuit leui vel leuiſſime culpe.vt eſt glo.ſing.i.l.qḋ te circa finē gl.ff.ſi certpeta.illā glo.reperio ad hoc cōmēdaſſe ſalic.in.l.ſi nullā.C.de pigno.actio.ſecꝰ i ignorātia iuris cōis q: illa late culpe attribuit vt i.l.late culpe.ff.ḋ ꝟbo.ſig.ꝯiūcta.l.leges ſacratiſſime.C.ḋ legi. Quīta dr̄ia eſt/q: ius cōe eſt genus/priuilegiū corpe iuris clauſū ē ſpecies/ vn̄ ē ꝙ ius cōe reſtringitur ꝛ limitat p priuilegiū corpore iuris clauſū. quēadmodū genꝰ p ſpēm:ita repio tenere bal.in.l.ſi infanti.in.ij.columꝑ.C.de iu.de li. vbi dicit ꝙ aut.defunc.C.ad tercul.eſt ius cōe. ſed bn̄ficiū. l. ſi ifanti eſt priuilegiū corpe iuris clauſū faciūt ad declarationē huiꝰ ꝙnte differētie/q̄ dicent infra in.xiiij.dr̄ia. Sexta dr̄ia eſt q: vltimū priuilegiū corpore iuris clauſū nō tollit primū ꝯriū ſecus eſt in iuribꝰ cōibus.vt i.c.i. de ꝯſtitu.li.vi.ita tenuit ſalice.in.l.apud hoſtes in fi.iiij.colūp. C. de ſuis et legi heredi. vbi di=

eſt recitādo Jac. de are. ꝙ exiſtentia ſui heredis non operatur tranſmiſſionem ad propriam matrem ne tollatur priuilegium alteri matri. ſ. prioris defuncti ſibi ſuccedēdi per tercullianū argumento. l. aſſiduis. C. qui poti in pignō habe. et ē ratio qꝛ vnūquodꝗ priuilegiū illarum matrum poteſt habere locū in ſuo caſu: et ſic ꝙ intelligatur ſine preiudicio alterius matris: et ſic ꝙ vnū per aliud limitetur vt eſt glo. ſingularis in regula. generi per ſpeciē de re. iu. li. vi. Septima differētia eſt quia oē teſtamētū et ois diſpoſitio debet interpretari et declarari ſcdm ius cōe et non ſcdm priuilegiū corpore iuris clauſū vt ē caſus ſingularis i. l. quāꝗ. ꝛ ibi p oēs ſcribētes. C. de milita. teſta. eadem. l. quāꝗ. cōmēdauit bal. ad hoc valde i. l. fi. i principi. C. de fructi. ꝛ lit. expē. et in. l. precibus. in. vij. colū. C. de impub. ꝛ aliis ſubſti. eſt etiā caſus illi ſociꝰ i. l. cēturio. ff. ð vulga. ꝛ pupil. Coadiuuātur hec per nota. per Jo. de ymo. in dicta. l. cēturio. Unde eſt ꝙ in appellatōe nō eſt neceſſe ꝙ exprimat iudex ad quē. ſꝫ ſufficit dicere ꝟba gñalia/ vꝫ appello ad quē libet iudicē cōpetentē. qꝛ talis appellatio itelligitur gradatim. et ſic ſecūdū ius cōe et nō omiſſo medio et ſic ſcdm priuilegiū corpore iuris clauſū. ita repio tenere bal. in. l. aptiſſimi. C. de iudi. Octaua differētia eſt. qꝛ regulariter factū ꝯtra ius cōe ipo iure nō tenet. vt i. l. nō dubiū. C. de legi. ſecus eſt qñ ꝯtra priuilegiū corpe iuris clauſū vt tenuit bal. in dicta. l. nō dubiū. in. ix colum. Uñ eſt ꝙ pactū cōtra tenorem iuris nō valet ſe Factū cō tra ius.

cus contra tenorē priuilegij corpore iuris clauſi.vt tu.l.paciſci.ff.de pactis.vt tenuit ſalice.ī.l.ij.in.iiij.colū̄p.C.de iure emphi. Nona differētia eſt.quia quādocūq̧ dilatio ſeu terminus fundatur ſeu conceditur de iure communi.licet vna pars renunciet illi dilationi talis renūciatio. nō preiudicat eius aduerſario vt in.l.petēde.C.de in integr.reſtitu.petē.ꝛ ibi ꝑ cy. ſecus ſi talis dilatio alicui concedatur ex priuilegio corpore iuris clauſo. q2 ſi priuilegiatus illi renūciet quod poteſt in preiudiciū aduerſarij/ eius aduerſari9 non poteſt vti nec gaudere tali dilatione.ita tenuit bal.in.l.qđ fauore.in.i.columnp. C.de.legi. et poteſt eſſe ratio quia quādocūq̧ alicui conceditur priuilegium etiam corpore iuris clauſum ꝓpter aliquem non poteſt gaudere vel vti eodē priuilegio corpore iuris clauſo contra illum mediante quo habuit priuilegium vel dilationem. vt in.l.amiciſſimos.§.lucius titius.ff.de excu.tuto. Decima differētia eſt/q2 quotiēſcūq̧ aliq̄d eſt ciuiliter et naturaliter debitum ſed ope exceptionis indebitum ꝛ talis exceptio competit de iure cōi ſolutum per quecūq̧ errorem poteſt repeti. ſecus ſi talis exceptio cōpetat per priuilegiū corpore iuris clauſum ꝑut eſt exceptio macedoniani:quia tūc ſolutum etiam non poteſt repeti.ita notāter tenuit bal. in.l. cū quis circa fi. C.de iuris et faci. gno. Undecima differētia eſt q2 forti9 et potētius eſt ius cōe ꝙ priuilegiū corpore iuris clauſū ideo priuilegia corpore iuris clauſa facili9 tollūtur ꝙ ius cōe. vt i. l.eius

militis.§.militia miſſus.ff.de milita. teſta.ꝛ in.l. antiq.circa principiū.C.ad velle. et eſt ratio.q2 agitur de fauoꝛe reducēdo rem vel diſpoſitionē ad ſuam ꝓpꝛiā et pꝛimeuā eſſentiam et naturam vt in.c.ab exoꝛdio.xxxv.di.et in.l.ſi vnus.§.ꝙ ſi nō vt totū.ff.de pac.ꝛ glo.in.c.ſtatutū.lo.i.de p̄ ben.li.vi. vnde eſt ꝙ ſi matre moꝛtua relicto ma rito patreqꝫ filioꝝ quattuoꝛ ex eiſdē quoꝝ duo erant infantes alij vero emancipati ꝙ ſi duo in= fantes ſint moꝛtui. Et ſic non addita hereditate ꝙ tota itegra hereditas materna pertinet ad a= lios duos filios emancipatos : et nichil ad pa= trē.cū trāſmiſſio hereditatis nō adite ad patrē. pꝛocedat et pꝛoueniat ex pꝛiuilegio coꝛpoꝛe iu= ris clauſo.vt in.l.ſi infanti.C.de iure.deli. ſꝫ ius accreſcendi quod eſt inter heredes fuit et eſt de iure cōi.iō accreſcit eis inuitis. vt in.l.vnica.§. hūs itaqꝫ.et.§.vbi aūt.C.de cadu tollen.iō ius cōe abſoꝛbet et ꝯſumit pꝛiuilegiū coꝛpoꝛe iuris clauſum ꝛ tale pꝛiuilegiū coꝛpoꝛe iuris clauſum ꝯfundit in iure cōi. ita reperio tenere illū accu= tiſſimi igenij.ſ.bal.in.l.nō ꝑ nūero.C.ad oꝛficia tū ꝛ etiā q2 ius accreſcēdi iter heredes cū ſit de iure cōi accreſcit eis inuitis ex expꝛeſſa volun= tate diſponentis.ſ.teſtātis pꝛimaria. vt in dicto §.hūs itaqꝫ. ſꝫ ius trāſmiſſionis hereditatis nō adite ad patrem ꝑcedit ex pꝛeſumpta ꝛ ſubſidia ria et ante pꝛimaria iuris volūtate coniecturāte volūtatem moꝛientis ab inteſtato . vt in dicta.l. ſi infanti. Ex qua vndecima differētia elicitur alia.et eſt duodecima quia pꝛiuilegiat9 pꝛiuile=

Renūcia ri pōt pꝛi= uilegio ñ iuri cōi.

glo corpe iuris clauſo pōt illi renūciare vt tenu it glo.in.c.fi.de iura calū.⁊ pbāt iura i.l.ei⁹ militis.§.militia miſſus.prime alle. ⁊ in dicta.l.antique circa principium.ſed iuri cōi minime.vt in dicta.l.nō dubiū.et in.c.ſi diligēti de foro.cōpe. et ratio differentie eſt. quia priuilegia etiam corpore iuris clauſa ſunt permiſſiua dūtarat. vt probatur in dicto.c.fi.de iura.calū.et i.c.nec hono re.xi.q.i.⁊ in auē.ſed iudex.C.de epiſ.⁊ cleri.⁊ ē caſus apertus in.c.ſtatutū.lo.i.de preben.li.vi. qui loquitur in priuilegio ſedi apl'ice cōceſſo.⁊ i .l.ad egregias pſonas.ff.de iure iuran.ſed iura cōia ſunt pceptiua.vt in.l.nemo pōt.ff.de lega. .i.⁊ in dicta.l.non dubiū.faciunt nota.in clemē. exiui de paradiſo de ṽbo.ſig.in.§.nec tū.vnde ē ꝙ licȝ in caſibus predictis/ vȝ vbi eſt reſeruatio corpe iuris clauſa ſit loc⁹ puiſioni ⁊ nō electōi. et per ꝯñs ſi celebrata ſit electio nō teneat. ꝙ illud verū ſi papa voluerit et velit priuilegio corpore iuris clauſo gaudere ⁊ vti ⁊ illi nō renunciare exemplo dñi qui lȝ pter canonem triēnio non ſolutū poſſit expellere emphiteotam et res emphiteotica reuertatur ad dñm ipſo iure.vt in .l.ij.C.de iure emphi.qđ ita demū pcedit ſi dñs voluerit et volūtatē ſuā declarauerit.vt pbatur in dicta.l.ij.ibi dum dr volenti. ⁊ ibi dū dr ſi dñs voluerit.⁊c.⁊ ibi p oēs doc.⁊ tenuit glo.parua i .l.ij.ff.ſi ager.vectigal.vel emphi. peta ⁊ hoc ſatis apte videt ſentire glo.i.in.c.ſi eo tpe. đ.elec. li.vi. Decimatertia differentia eſt/quia omnia ſtatuta et conſuetudines debent interpretari ſe-

cundũ ius cõmune: vt volunt iura de ſtatuto in
.l.ceſar.ff.de publica.ꝛ in.l.ij.C.de noxa.actio.
De cõſuetudine ꝓbatur in.c. cũ dilectus.de cõ
ſue.ſunt intelligẽda habere verum ſecundũ ius
cõe primeuum et regulare. et non ſecũdum ius
commune extraordinarium/ et irregulare/vꝫ ſe-
cundum priuilegium corpore iuris clauſum.ita
tenuit bal.in.l. meminimus. C. de legi.heredi.
hãc etiã differẽtiã approbat pau.de caſtro.in.l.
fi.§.in computatione.C.de iure.de libe.ꝛ tenuit
etiã bal.in.l.ſi auie.C.de ſucceſſo.edic.ſic eſt in
telligẽda glo.in dicto.§.in cõputatione. quã ibi
cõmẽdat ſalice. Coadiuuatur hec differentia ꝑ
caſum in.l.ſeyo.§.amico.ff. de anu.lega.et ꝑ no
tata.ſupra in ſeptima differẽtia. Decimaquar- Fiſcus.
ta differẽtia eſt. ꝙ oĩa iura cõia in fiſco loquen-
tia habent etiam locum in priuatis. ſecus priui
legia corpore iuris clauſa in fiſco loquẽtia quia
non extẽdũtur ad priuatos. vt voluit bal.in.l.i.
C.de peti.heredi: vbi ponit theoricam qualiter
cognoſcatur ius cõmune/ et qualiter priuilegiũ
corpore iuris clauſũ quod facit ad id quod fuit
dictũ in quinta differẽtia. Decimaquinta diffe Si aliqui
rẽtia eſt qꝛ quandocũqꝫ aliqui ſunt pariter pri- ſunt pari-
uilegiati priuilegio corpore iuris clauſo reſcin ter priuile
dunt priuilegia corpore iuris clauſa ꝛ vtunt iu- giati.
re cõi.ꝛ ſic ꝙ ꝑualet ius cõe de quo late ꝑ cy. et
poſt eũ ꝑ bal.i auḋ.quas actões. C.ḋ ſacroſan.
eccle.et per panor.in.c.fi.de ordi.cogni.Coad-
iuuatur hec differẽtia ꝑ ea q̃ dicta ſunt ſupra in
vndecima differẽtia.Deciaſexta dr̃ia qꝛ licet de

iure cõi non ſit fienda mentio in reſcriptis/eo ꝙ princeps dicitur habere oia iura in ſcrinio ſui pectoris. vt in.c.i.de cõſtitu.li.vi.ſecus de priuilegio corpore iuris clauſo.ita tenuit panor.i ca.i. de reſcrip.faciunt notata.in ca.cũ ordinẽ.eo ti.

Decimaſeptima differentia eſt ꝙ licz ius cõe faciat ius quo ad omnes ſecus tamen eſt in priuilegio corpore iuris clauſo. qꝛ ñ facit ius nec habet locum niſi inter noiatos ⁊ expreſſatos et nõ inter alios iſte ſunt due glo.vulgate in.c.cõſtitutionẽ.de regula.li.vi. et in clemẽ. dudum. de ſepul.eſt glo.illis ſocia in regu.que a iure de re.iuris li.vi. Decimaoctaua differẽtia eſt/ qꝛ ꝟba iuris cõmunis ſemꝑ referũtur ad ius cum in illo detur talis ſciẽtia in ipſo iuris cõditore. vt in dicto.c.i.de conſti.li.vi.ſecus i priuilegio corpore iuris clauſo.qꝛ lz tale priuilegiũ cõſiſtat in iure.eſt tamen facti. Vñ eſt ꝙ verba talis priuilegij.ſunt ad factũ et nõ ad ius referenda. iſta eſt glo.ſingu.iũcto.tex.in verbo ⁊ꝑ ea in.c.ij.de decimis.li.vi.quã ibi ſequitur pe. de ancha. Hinc dicitur ꝙ ſi papa dat monacho licentiã teſtandi ꝙ intelligitur talis licentia ſiue priuilegiũ de bonis que de facto poſſidet cum bona de iure non poſſit habere.vt in auſ.igreſſi. C.de ſacro.ſan. eccle.et in.c.cũ monaſteriũ de ſtatu.regu.ita tenuit.ſalic.in.l.vnica in penul.colum. C. ſi ſeruꝰ exẽ.ſe manda emen. Hinc eſt etiam ꝙ licet monachus ſit factus epiſcopus et ꝑ priuilegiũ corpore iuris clauſum ſit a iugo monachali abſolutus cum ſit factus de filio pater. vt in.c. ſtatutũ

Si papa dat monacho ꝑtãtẽ teſtandi.

xviij.q.i.q2 intelligit abſolut9 a iugo regule mo
nachali ab his que ſunt facti et conſiſtunt in fa
cto.videlicet/a ieiunijs/vigilijs ⁊ a modo cātā
di ⁊ dicendi officium.Jtē vt poſſit cōmatres fa
cere/vt dicit glo.i dicto.c.ſtatutum.Jtē pōt co=
medere carnes quas al's nō poterat comedere.
vt tenuit glo.i.c.carnē de cōſe.di.v.ſecus ꝙ ab
ſoluatur ab his que ſūt iuris cōmunis/vz a ſub
ſtantia ꝓfeſſionis ⁊ voti q̄ conſiſtit in tribus.ſcz
obedientie toti ordini ⁊ religioni vniuerſali debi
te ſimpliciter caſtitate et paupertate q2 iſta ſūt de
iure cōi etiā diuino. vt in.c.cū ad monaſteriū in
fi.ꝓxime allc.Vñ eſt ꝙ nō pōt abicere habitum
ad hoc vt cognoſcat adhuc remanere ꝓfeſſum
⁊ religioſum ſed retēto habitu deſupferat habi
tū qui magis cōueniat ei.vt i.c.de9 q̄.de vita et
honeſ.cleri.ita tenuit glo.i.c.in noua.xvi.q.vij.
hic eſt etiā q2 nō pōt habere ꝓꝛiū vt voluit glo.
xij.q.i.c.q2 bñ tñ eſt cōcedendum ꝙ abſoluatur
ab obediētia ſingulariū ꝓlatoꝛū eiuſdē ordinis
et religionis ſcdm quid cū talis obediētia veniat
neceſſario conſecutiue ad pꝛiuilegiū dignitatis
epalis.⁊ hoc vult glo.i dicto.c.ſtatutum ibi dū
dicitur/abſoluitur ab obediētia quā fecit abba=
ti.¶ Decimanona differentia eſt/q2 pꝛiuilegiuz
coꝛpoꝛe iuris clauſum non tollit ius cōmune cū
cōcedatur accumulatiue ⁊ nō pꝛiuatiue ad ius
cōe vt in autē.abbita.C.ne fili.ꝓ pa.⁊ in.l. ge=
neraliter.§.his autem.C.de ſecū.nup.⁊ in.l.ꝙ
fauore.C.de legi.cum ea que cōcedunt ad aug
mentum id eſt acumulatiue non operent pꝛiua=

Mona= cho fact9 epa a qui bp ſoluat

Pꝛiuile= giū iuris coꝛpoꝛe clauſum ius nō tol lit.

tionem. vt in. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. ꝛ i clemen. exiui de paradiſo. §. deinde cū duobꝫ. de verbo. ſig. ne idem opereť cōtrarios effectus. vt in. c. itellecto de iure iuran. ſecus ius cōe. qꝛ bñ tollit priuilegium corpore iuris clauſum vt voluit glo. ſup verbo corporali in ca. vt circa de elec. li. vi. ꝛ ibi glo. fi. in. c. fi. de ſen. excom. eodē li. ſuperius allegatis. ¶ Undecima differentia eſt quia ſuccedens de cōmuni ꝛ obtinens primū locum tempore mortis teſtātis. dicitur ſuccedere ſecundum teſtantis vel diſponentis expreſſam voluntatem cum ſit primus et imediatus ſucceſſor vt in. l. qui liberis. §. fi. et ibi glo. ff. de deuulga. et pupil. ſubſti. ꝛ in. l. i. §. non ſolū. ff. de lega. ſeu fidei cō. ſeruan. cauſa. caue ſecus ſuccedēs ex priuilegio corpore iuris clauſo puta iure repreſentationis. vt in auten. de heredi. ab iteſta. veni. §. huiuſmodi vero priuilegium col. ix. quia non ſuccedit ſecundum voluntatem defuncti vt tenuit glo. in. l. prima. §. vel maxime. ff. de colla. bono. ꝛ tenuit bal. in. l. non iuſtam in fi. C. ad trebelli. vel ſi ſuccedit ſecundum voluntatem tacitam. ſcilicet ſubſidiariam ꝛ non primariam iuris permiſſione ſed non iuris diſpoſitione ſic debet intelligi bar. in dicto. §. vel maxime ꝛ io. de ymol. in. l. ſi titio. §. iulius. ff. de lega. ij. Et eſt finalis differentia qꝛ iura cōmunia extenduntur de ſimilibus ad ſimilia. vt in. c. tranſlatio. de conſtitu. ꝛ in. l. nō poſſunt. ff. de legi. ſecus priuilegia corpore iuris clauſa vt in. l. quod eſt conſtitutum. C. ne de ſtatu defunc.

¶ Quando dicatur reſeruatio per papam ex magna rationabili et euidenti cauſa facta. et in litteris apoſtolicis nominatim expreſſa. Et quis erit modus remittendi harum qualitatum liquidationem ⁊ declaratione ad ſedẽ aplicam/ vel qñ ſit locus appellationi ad eandem ſedem.

PReterea a predicta regula excipiuntur reſeruatiões quas per ſedem aplicam in terris. Romane eccleſie ratiõe directi ſeu vtilis dominij mediate vel imediate ſubiectis fieri contigerit/vt in decretis ſacroſancte ſinodi baſilieñ in.c.i.§.q̇bꝫ hec de elec. ⁊ in.c.vnico de reſerua. Sed q̄ȝ dementia eſſet in tanta tꝑis egeſtate intendere circa ſupflua/cũ ꝓpter xpianiſſimorum francoꝝ regũ preclara merita tum et etiam ꝓpt regnicolarum puritatẽ ⁊ deuotionis ſinceritatẽ Rex regnũ ⁊ eiuſdem regni regnicole nõ ſint immediate neq̄ȝ mediate ſubiecti eccleſie romane/ vt in extrauagan. Clementi q̇nti q̄ incipit. meruit cariſſimi. vnde rationi conſonum fuit his omiſſis reſeruationibus ad alias q̄ permittente ſacroſancta ſinodo baſilieñ. per romanũ pontificem fieri poſſunt tranſitum facere/ vȝ ex magna rationabili ⁊ euidenti cã litteris apoſtolicis nominatim exprimenda. vt in decretis baſilieñ. cõcilij in.c.i.§. decreuit de elec. Et dr̄ magna cã quo ad noſtrũ ꝓpoſitũ illa ꝓpter quã p̄cepta canonica relaxant̄ ⁊ trãſgrediunt̄/vȝ bonũ pacis: vt in c.ij. de ipub. deſpõ. ⁊ i.c. qḋ ſicut de elec. ⁊ i.c. niſi eẽut de p̄bẽ. ⁊ i.c. cũ iter ℞. ⁊ ibi p glo. de elec

Rex francoꝝ ⁊ regnicole oĩno ſunt ſubiecti ecclie romane

Que ſit magna cã vt fiãt reſeruationes

¶ Item ſublimitas/id eſt alta nobilitas pſona rum. Item ⁊ litteratura ſeu doctrina pſonarum vt in.c.de multa.in fi.de pben. q̄ ꝓpter nobilita tem relaxent ⁊ tranſgrediantur pcepta canoni ca eſt etiam caſus in.c.qui contra eccleſie pacē xxiiij.q.i.⁊ in.c.fi. de penis. q̄ ꝓpter litteraturā ſeu doctrinam relaxent ⁊ tranſgrediant pcepta canonica/eſt etiam caſus in. c.cū ex eo. de elec. li.vi.⁊ in cle.ne in agro.§.prioratꝰ de ſtatu mo. et in.c.fi.de magiſ.⁊ in.c.licet vobis de depben. facit aūt habita.C.ne fili.pro pa. ¶ Itē ꝓpter reges ⁊ reginas eorūq̄ liberos tranſgrediūtur et relaxant precepta canonica vt in.c.ne aliqui. de priuile.li.vi.⁊ i.c.fi.in principio de offi. dele. eo.li.⁊ in cle.vnica.de baptiſ.⁊ p ꝯñs dicit ma gna cā ⁊ hec in ꝓxima ⁊ finali parte explicite de clarabitur vbi ꝓprie cadit hec materia. Dicitur

Rationa bilis cā. aūt rationabilis que ꝓ libito voluntatis non eſt vt eſt caſus apertus in clemen.vnica circa prici piam de exceſ.prela.et talis rationabilis cauſa ſubiacet probationi per iudicem recipiende vt i .c.venerabilibus.§.ſed ſi ex cā cum.§.ſequē. de ſen.excō.li.vi.⁊ in.c.vnico circa principiū de ſta tu regula li.vi.⁊ in clemen.vni.et ibi glo.fi.de in integrum reſti.cuius probatio debet fieri per te ſtes aut legitima documenta nec creditur pape ſupernarratis q̄uis ſup his eius intentio fūde tur.vt in decretis baſilienſis ꝯcilij in.c.vnico.de ſubla.cle.litteris que eſt in ti.de ꝓba. Dicit eni

Euidens euidēs q̄ i iure eſt expſſa.vti.l.nō poſſunt.ff. de legi.⁊ in.c.paſtoralis in pricipio de appella. ⁊ i

c.niſi cũ pridẽ .§. verũ ſi ꝓpter alias de renunci.
faciũt nota. per glo.ſuper verbo min⁹ legitima
in.c.romana.§.q̄ſi obiciat̃ de appel.li.vi.⁊ nota
per glo.in.c.monaſteria de vita ⁊ hone.cleri.vñ
eſt ꝙ negans cãm in iure expreſſam ⁊ ꝓbatam
nõ eſſe euidentem non eſt audiendus cum onus
ꝓbandi ei ĩcũbat vt in.l.ab ea parte.ff.de ꝓba.
⁊ in hoc eſt differẽtia inter priuilegiũ corpore iu
ris clauſum id eſt reſeruationem corpore iuris
clauſam/⁊ cãm in iure exp̄ſſam q₂ ſufficit allega
re ⁊ ꝓponere priuilegiũ corpore iuris clauſum/
id eſt reſeruationem corpore iuris clauſam vt in
l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.vt fuit in precedẽti
⁊.iij.parte dictũ in prima differẽtia inter ius cõ
mune ⁊ priuilegiũ corpore iuris clauſum faciũt
nota:in clemen.appellanti ⁊ ibi glo.de appella.
vbi habet̃ ꝙ licet notorietas releuet ab onere ꝓ
arguo ⁊ caſtigo. Accedat illud .ij. Paralipom. xxxij. Dereliquit eũ dñs vt tẽtaretur et nota fierẽt oia q̄ erãt in corde ei⁹. facit illud ſapieñ. xvi. ſed nõ imppetuũ tua ira pmãſit ſed ad correptionẽ in breui turbati ſunt ſignũ hƺbẽtes ſalutis ad ꝯmemorationẽ mãdati legis tue. Decorant hec p illud Thobie .ij. hãc autẽ tẽptationẽ ideo pmiſit dñs euenire illi vt poſteris daretur exemplũ paciẽtie eius ſicut ⁊ ſancti Job. Itẽ ⁊ p illd Gregorij. Aduerſitas q̄ bonis votis obijcit ꝓbatio vtutis eſt nõ iudiciũ reprobationis / quis eñ neſciat q̄ ꝓſperũ fuit q̄ beatus Paulus p̄dicaturus ad ytaliã veniebat ⁊ tñ veniens naufragiũ ptulit: ſed tñ nauis cordis in maris fluctibus integra ſtetit vt habet in .c. aduerſitas .vij q. i. Tãdẽ ſũmus ⁊ miſericors deus vidẽs tanti principis ꝯfidẽtiã nõ eſt oblitus ei⁹ in tẽptatiõe iuxta illd .iiij. Eſdre .xij. Cõfide Iſrael ⁊ noli triſtari tu dom⁹ iacob eſt eñ memoria vr̃a corã altiſſimo ⁊ fortis nõ eſt oblit⁹ vr̃i in tẽtatiõe. illuſtrant hec p ea q̄ dicit thobias ſenior thobie .iij. hoc aũt p certo hƺ ois qui colit te: q2 vita eius ſi in ꝓbatiõe fuerit coronabit. ſi aũt in tribulatiõe fuerit liberabitur / et ſi in corruptione fuerit ad miam tuã venire licebit. nõ eñ delectaris in pditionibus noſtris quia poſt tẽpeſtatẽ tranqllũ facis ⁊ poſt lacrimationẽ ⁊ fletũ exultationẽ infundis. ⁊ iuxta illd .i. Mach .x. r ⁊ euerſus eſt ad terrã patrũ ſuo2 ⁊ ſedet in ſede regni eo2. Suſcipiũt finaliter fructus de rege iſtructo ⁊ doctrinato in lege dñi. quis vnuſquiſq3 populus / vni‑

uerſitas/ et etiā ſingulares pſone neminē etiam regem in re ꝓpria cognoſcūt ſuperiorē de facto nec in eodē rege dn̄atur auaricia ꝓpter quod po puli vniūtur ⁊ accumulātur ⁊ ipſe rex ſuis pro= priis limitibus cōtentaẽ.viij df Ezechielis.xlvi. Et non accipiet princeps de hereditate populi p violētiā ⁊ de poſſeſſione eoꝝ. ſed de poſſeſſio= ne ſua hereditatē dabit filiis ſuis vt nō diſpga= tur populus meus vnuſquiſqꝫ a poſſeſſione ſua Coadiuuātur ⁊ hornantur hec per ea que dicit dn̄s per os Moyſi deuterono.xvii. Cūqꝫ fuerit cōſtitutus rex non multiplicabit ſibi equos nec reducet populum in egiptū equitatus numero ſubleuatus neqꝫ habebit argētu et auri immen= ſa pondera. Propter quod cūcte Gallorum na tiōes poſſunt hodiernis tēporibꝫ iceſſanter cla= mare illud filioꝝ iſrael deuterono. xvi. Affixe= rūt nos reges defuncti et perſecuti ſunt iponē= tes onera grauiſſima et clamauimꝰ ad dominū deum patrum noſtroꝝ qui exaudiuit nos et re= ſpexit humilitatem noſtrā et laborem atqꝫ angu ſtiam et eduxit nos de Egipto in manu forti e brachio extento et ingenti pauore in ſignis atqꝫ portentis et introduxit ad locū iſtum et tradidit nobis terram lacte et melle manantē. Nam tem poribus defunctoꝝ regum non ſolum populus et eccleſiaſtice perſone verum etiam Gallicana eccleſia grauiſſimis oneribꝰ. ſ. talliis collectis gabellis ſubſidiis donis ⁊ mutuoꝝ ſubuentioni bus aſtringebātur et affligebātur vt ꝓbatur in ca.i.et in.c.clericis laicos de imu. eccle.li.vi.et

in cle.vnica.eodē ti. verūetiā experientia ꝓpriis oculis videntibꝫ nos īſtruit q̄ cunctarum rerū vr̄ efficax magiſtra. vt i.c. felicis de cēſſ. li.vi. ꝛ i c.q̄ꝫ ſit eccleſiis de elec. eodē li. Hūc vero eodē criſtianiſſimo ludouico ꝛ dei amico iperante nō ſolū ea ſuſpenſa verūetiā de medio ſunt ſublata. Et qđ mirādū piū ꝛ memoꝛiale eſt ꝓpria regalia iura p eūdē dei amicū ꝓprio motu reſtricta limitata ꝛ diminuta ſunt qđ nuſq̄ꝫ in p̄ntē diē repitur Recnō lōbardie p̄ncipatū.ſ. Mediolani ducatū vbis vulgaribꝫ nūcupatū ꝛ eiuſdē ꝓpriū p̄rimo niū de ꝓpria ꝛ nō aliena ſbā cūctis admirantibꝫ vi. ꝛ violētia lōgiſſimis annis tyrānice oppreſſū ꝛ poſſeſſū abſq̄ꝫ aliqua ſubditoꝝ iactura ſue ditioni ꝛ ptāti redegit exēplo regis dauid q̄ boues plauſtrū ꝛ iuga boū p erēnā ci gratioſe oblata recuſauit ſꝫ p̄cio pōderis argēti ꝓprij emit vt olo cauſta gratuita ꝛ nō oneroſa deo offerret vt hr̄ ij. regū. xxiiij. i fi. Et ſi de tyberio p̄uigno tercio romanoꝝ Imperatoꝛe legam⁹ dixiſſe pricipibꝫ plebē cupiētibꝫ grauare. Boni paſtoꝛis eſt tōdere pecus nō decoꝛiare verūtū nos teſtes ſumus Ludouicū hui⁹ nois duodecimū frācoꝝ regem opere ꝛ facto effectui mācipaſſe ꝛ execuliōi mādaſſe. O felix dies i qua ſedit i ſede regni parētū ſuoꝝ. vt dr̄. i. Machabe. x. Quid reſtat dicendū niſi q̄ vniuerſus popul⁹ dicant cātant ꝛ pſallāt vna voce dicētes. Canticū filioꝝ Iſrael. ad Iudich. Tu gloꝛia Hieruſalē/tu leticia iſrael/tu honorificētia populi noſtri vt habetur Iudich. xv Item et pſallant cū pſalmiſta pſal. cxvij. A dominus

Mediolani victoria

Iubilatō ppl̄i gallici ob regē ludouicū.

mino factũ eſt illud ⁊ ē mirabile i oculis noſtris Hec eſt dies quā fecit dñs exultem⁹ et letemur in ea. ⁊ illud pſal. ix. Deſideriũ pauperũ exaudi‑uit dñs pparationē cordis eoꝝ exaudiuit auris ei⁹ ⁊ illud pſal. xix. Dñe ſaluũ fac regē ⁊ exaudi nos i die qua iuocauerimus te. Sed q̄d multis moroꝛ. nā vt ait. Mardocheus. Heſter. x. A deo facta ſunt iſta recordatus ſũ ſõnij q̄ viderā hec eadē ſignificantis nec eoꝝ quicq̄ irritũ fuit par uus fons q̄ creuit i fluuiũ ⁊ i lucē ſolē q̄ ↄuerſ⁹ eſt ⁊ i aquas plurimas redũdauit Ludouicus Rex Duodecimus eſt. Et ſi dici poſſit q̄ fracto freno venio ad finē huius quite partis ꝑut dr̄ ĩ gratiano p glo. i. c. etiā corde. ſ. q. i. q̄a tamē no‑ſtri ſermões ſunt de rege i lege dei ⁊ ei⁹ ceterimo nius doctrinato vnũ p̄cipuũ non omittēdũ puta ui ⁊ eſt. q̄ ipſa regia maieſtas p̄ oculis debet ha bere illḋ Leuiti. xxi. vbi dñs ait ad Moyſē. Loq̄ re ad Aarõ. Hõ de ſemine tuo p familias q̄ ha buerit maculā nõ offerat panes deo ſuo nec ac‑cedat ad miſteriũ eius ſi cecus fuerit ſi claudus ſi paruo vl' grādi vel torto naſo ſi fracto pede ſi māchus/ſi lipp⁹/ſi gibboſus/ſi albuginē habet i oculo/ſi iugē ſcabiē/ſi ipetiginē in corpore vel põderoſus. Ecce ei quales debēt eſſe epi Que verba exponēs beat⁹ gregori⁹ in paſtorali ait. Cec⁹ q̄ppe eſt q̄ ſupne lucē ↄtēplatiõis ignorat q̄ p̄ntis vite tenebris p̄ſſus dũ lucē vēturā nequa q̄ diligēdo ↄſpicit quo greſſ⁹ opis porrigat neſ‑cit. De iſto ei dicit̄ p ꝑphetantem Annam. i. re‑gum. ij. pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit ⁊ im‑

Quales debeāt eē epiſcopi.

Cec⁹ epũs

pij i tenebꝛis côticeſcēt. vnde hieronim⁹ ait In
nocens abſqȝ ſermone côuerſatio quātū exēplo
ꝓdeſt tm̄ ſilētio nocet/nā latratu canū ⁊ baculo
paſtoꝝ lupi ſunt arcēdi cuius ꝟba habent in.c.
i.xliij.di. Claudus vero eſt q̇ quo pergere debe- Claudus
at aſpicit ſȝ ꝑ īfirmitatē mētis viteviā ꝑfecte nō
vȝ tenere quā videt qꝛ vidȝ q̇s ad ꝟtutis ſtatum
dū flura côſuetudine nō erigitur quo deſiderius
ci⁹ nitiṫ illud greſſu aoperis efficaciter nō ſequē
tur. De iſto enī epō loquiṫ Paul⁹ apoſtolus ad
hebꝛe. xij. propter quod remiſſas man⁹ ⁊ ſoluta
genua erigite ⁊ greſſ⁹ rectos facite pedibꝫ vr̄is
vt nō claudicās q̇s erret. magis autem ſanetur
Paruo aūt naſo eſt q̇ ad tenendā menſuram di Paruo
ſcretionis ydone⁹ nō eſt. Naſo q̇ppe odoꝛēs ſe- naſo
toꝛeſqȝ diſcernim⁹ Recte ergo ꝑ naſum diſcretō
exꝓimitur ꝑ quā virtutes elegim⁹ delicta repꝛo
bam⁹. Naſ⁹ q̇ppe grādis ⁊ toꝛt⁹ eſt diſcretiōis Fracto
ſubtilitas imoderata q̄ dū pluſqȝ decet excreue- pede
rit actionis ſue rectitudinē ipā confundit fracto
aūt pede vel manu eſt q̇ per viā dn̄i ꝑgere oino
nō valet atqȝ a bonis actibꝫ fūdit⁹ exſoꝛs vacat
quaten⁹ hec nō vt claud⁹ ſaltē cū in firmitate te
neat ſed ab his oibus alienus oino exiſtat Gib Gibboſ⁹
boſus eſt quem terrene ſolicitudinis pondus de
pꝛimit ne vnqȝ ad ſupna reſpiciat ſed ſolū his q̄
in infimis calcāṫ itendit. q̇ ⁊ ſi qn̄ aliq̇d ex bono
patrie celeſtis audierit ad hoc nimirū ꝑuerſe cō
ſuetudinis pondere pꝛegrauatus coꝛdis facieȝ
non attollit. quia cognitionis ſtatum erigere nō
valet quē terrene ſolitudinis vſus curuum tenet

Ex coꝝ q̄ppe ſpecie pſalmiſta dicit i pſal. xxxvij
Incuruatus ⁊ humiliatus ſū vſquequaqꜫ quoꝝ
culpā ꝑ ſemetipam veritas reprobās ait. Luce
viij. Semē aūt quod i ſpinis cecidit hi ſūt q̄ au-
dierūt ⁊ a ſollicitudinibꝫ ⁊ diuitijs ⁊voluptatibꝫ
vite euntes ſuffocant̄ ⁊ nō referūt fructū/idē ha
betur Mathei. xiij. ⁊ Marci. iiij. Lippus vero ē
Lippus. cuius q̄dē igeniū ad cognitionē veritatis emicat
ſed t̄n hec carnalia opa obſcurāt q̄a ſūt nōnulli
quoꝝ ſenſus carnalis vite operatio ſauciat q̄ vi
dere recta ſubtiliter ꝑ igeniū poterūt ſꜫ vſu pra-
uoꝝ actuum caligant̄. De iſto ei loq̄tur Angelus
i Apocalipſi. iii. Collirio iunge oculos vt vide-
as Habens albuginē i oculo eſt q̄ ꝟitatis lucem
videre nō ſinit̄ q̄ arrogantia ſapiētie ſeu iuſticie
excecat̄ pupilla nāqꜫ oculi nigra videt albuginē
tolerās nichil videt q̄a vꜫ ſēſus hūane cogitatō
nis ſi ſtultū pctōrēqꜫ itelligit cognitionem ſupne
claritatis appꝛehēdit ſi aūt ſibi candorē iuſticie
ſeu ſapiētie tribuit a luce ſupne cognitiōis ſe ex
cludit ⁊ ad claritatem veri luminis nequaq̄ pene-
trat quo ſe apō ſe ꝑ arrogātiā exaltat ſicut de q̄
buſdā d̄r in ep̄la ad Romanos. i. Dicentes ſe eē
Jugē ſcabiē hñs ſapiētes ſtulti facti ſunt. Jugē vero ſcabiē habꝫ
cui carnis petulātia ſine ceſſatione dn̄atur. In
ſcabie eteni feruoꝛ viſcerū ad cutē trahit̄ ꝑ quā
recte luxuria deſignat̄ qꜫ ⁊ ſi cordis tentatio vſqꜫ
ad operationē ꝓſilijt nimirū feruoꝛ intimus vſqꜫ
cutis ſcabiē ꝓrūpit/⁊ foꝛas iā coꝛpus ſauciat qꜫ
dū i cogitatiōe voluptas nō repꝛimit̄ etiā i actio
ne dn̄atur/quaſi eni cutis pꝛuriginem paulus ca-

rabat abſtergere cum dicebat.i.Corinthi.x.Tē
tatio vos non apprehendat niſi humana ac ſi a-
perte diceret.humanū quidē eſt i corde tentatio
nem perpeti/demonia cū vero eſt tētationis cer
tamine ꝛ operatione ſuperari.Impetiginē quo
qꝫ habet in corpore quiſqs auaricia vaſtatur in
mente qui ſi paruis nō cōpeſcitur nimirum ſine
menſura dilatatur. Impetigo q̄ppe ſine dolore
corpus occupat ꝛ abſqꝫ occupati tedio excreſ- Impeti-
cens mēbroꝝ faciē/mēbroꝝ decorē fedat/ qꝛ ēt ginē hñs.
auaricia capti aiaꝫ dū quaſi delectat exulcerat
dū adipiſcēda q̄ſqꝫ negocia cogitationi obycit
inimicitias accēdit ꝛ dolorē i vulnerē nō facit qꝛ
eſtuāti aio ex culpa habundantiā ꝓmittit ſꝫ de-
cor mēbroꝝ perdit q̄a aliarū quoqꝫ virtutū per
hanc pulchritudo deprauat ꝛ quaſi totū corp⁹
exaſperat qꝛ p vniuerſa vicia aiam ſupplātat.pau
lo teſtante.i.ad Thimo.vi.Radix oim malorum
eſt cupiditas.Ponderoſus vero ē q̄ turpitudinē Pōdero-
opere nō exercet.ſed tñ ab hac cogitatione ꝯti- ſus
nua ſine moderatiōe grauat i mēte/qui nequaq̄
quidē vſqꝫ ad opus nephariū rapit ſed eius ani
mus voluptate luxurie ſine vllo repugnatiōis ſti
mulo delectatur.Viciū q̄ppe ponderis ē cū hu-
mor viſcerū ad virilia labitur q̄ ꝓfecto cū mole-
ſtia dedecoris itumeſcūt pōderoſus ergo ē q̄ to
tis cogitationib᷒ ad laſciuiā defluēs pōdus tur
pitudinis geſtat i corde ꝛ q̄uis praua nō exerce
at opera ab his tñ nō auellit mēte/nec ad vſum
boni opis i apto valet aſſurgere qꝛ grauat hunc
i abſconditis pōd⁹ turpe.hec ille gregori⁹ cui⁹

verba hñtur in.c.hic ⁊ eni.xlix.di. Itē nō debēt esse iuuenes ⁊ adolescentes.q3 q̄ heri erat i theatro hodie nō sedeat in ecclia.q̄ vespe erat i circo hodie nō ministret altario q̄ dudū fuerat fautoꝛ histrionū hodie.nō sit cōsecratoꝛ virginū/mo inctāneus nāqꝫ sacerdos nescit humilitatem obseruare et modos personarū vel se sc cōtemnere nō ieiunauit non fleuit/non se correxit nō pauperibus erogauit In arrogantiam q̄ est ruina dyaboli īcidunt qui in puncto hoꝛe ne dum discipuli fiūt magistri ⁊ sicut innocētius ait. Miserū ē eū fieri magistrū q̄ nec dū didicit esse discipulus vt in.c.i.xlviij.di. Vñ ait beat⁹ Gregori⁹ cui⁹ verba habēnt in.c.fi.xlviij.di. Sicut Neophit⁹ dicebat q̄ in initio sancte fidei erat eruditiōe plā tatus ad ambiendos sacros oꝛdines irresperit. Oꝛdinate ergo ad oꝛdines ascēdēdū ē nā casū appetit q̄ ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum scimus aūt ꝙ edificati parietes non pꝛius tignoꝛum pōdus accipiunt nisi a nouitatis sue humoꝛe siccentur ne si ante pondera ꝙ solident accipiāt cunctam simul ad terram deponant fabricā. Quisquis ergo cuilibet hoꝝ vicioꝝ subijcit panes dño offerre ꝓhibet/ne ꝑfecto aliena delicta nō valeat iꝰ diluere quem adhuc ꝓpria deuastant. Corroboratur pꝛedicta ꝑ illud Malachie.i. Si offeratis cecū ad imolandum nonne malū est. Et si offeratis claudum et languidum nonne malum est ⁊c. Ratio pꝛedictoꝛum est/q3 indignum est dare deo quod dedignatur homo vt ait hieronimus sup

Iuuenes pꝛelati

Malachiam. cuius verba habentur in. c. fi. xlix di. Illuſtrātur hec per illud hieremie Multi edi ficant parietes ⁊ columpnas eccleſie ſubtrahūt marmora nitent auro/⁊ laquearia ſplendent/gē mis altare diſtinguitur et miniſtrorum xp̄i nulla eſt electio. Cuius verba habētur i. c. gloria ep̄i: .§. multi edificātur. xij. q. ij. que verba gloſator exponit pietes id eſt iperitos. ⁊ columpnas id ē peritos. Igit̃ recordet̃ ⁊ memor ſit xp̄ianiſſimꝰ rex verbi ꝓphetici Malachie. i. Maledictꝰ do⸗ lus q̄ habet in grege ſuo maſculū ⁊ votū faciēs imolat debile dn̄o facit illō hieremie. xlviij. Ma ledictus qui facit opus domini fraudulēter. vn⸗ de dr̃ etiam Malachie. ij. diſperdet dominus vi rum qui fecerit hoc magiſtrum et diſcipulū De corātur iſta p ea q̄ dicit dn̄s p Ezechielē. xxxiiij per totū precipue dum ibi dicit̃/ hec dicit domi⸗ nus deus. Ecce egoipſe ſuper paſtores requirā gregē meum de manu coꝝ ⁊ ceſſare faciam vt vl tra nō paſcant gregem meum nec paſcant ā̄plꝰ paſtores ſemetipſos ⁊ liberabo gregem meū de ore eoꝝ ⁊ nō erit vltra eis in eſcā ⁊c. de p̄dictis eni prelatis et ep̄is ſi merentur dici ep̄i Conque ritur dn̄s Malachie. i. quis in vobis q̄ claudat hoſtia ⁊ icendat altare meū gratuito De his ei loqtur baruth. vi. c. veſtimēta ⁊ ornamenta ſan⸗ ctorum ⁊ eccleſiarū auferunt ſacerdotes ⁊ veſti unt vxores ſuas ⁊ filios ſuos/ iſti ei ſunt q̄ reli⸗ quūt falſa ⁊ opprobrium poſtea futuris. De his etiā dr̃ Sophonie. iij. ſacerdotes eiꝰ polluerunt ſctm̄ iniuſte egerunt ꝯtra legē De his dr̃ etiam

Que ma⸗ la ex p̄la⸗ tis malis ꝓueniāt.

Eſaye.xxviij.ſacerdotes ⁊ ꝓphete neſcierũt pre
ebrietate abſorti ſunt a vino errauerũt i ebrieta
te neſcierũt videntẽ/ignorauerũt iudiciũ oẽs ei
mẽſe replete ſũt vomitu ſordiũq; ita vt nõ eẽt lo
cꝰ vltra. De his ẽt dr̃ Michee.iij.Sacerdotes
eiꝰ i mercede docebãt ⁊ ꝓphete eiꝰ i ꝑecunia di
uinabãt ⁊ ſuꝑ dñm requieſcebãt dicẽtes Nũqd
nõ dñs i medio noſtrũ nõ venerit ſuꝑ nos mala
De his etiã dicit̃ ꝑ amos.v.odio habuerũt cor=
ripientẽ i porta ⁊ loquẽtem ꝑfecte abomiati ſũt.
De his eni loqt̃ dñs ꝑ oſee.iiij.Non eſt ei veri=
tas ⁊ nõ eſt mia ⁊ nõ eſt ſcientia dei in terra.⁊ vl
teriꝰ dicit q: tu ſcientiã repuliſti repellã te ne ſa
cerdotio fũgaris michi.De his fuit locutꝰ dñs
ꝑ amos.iij.Et neſcierũt facere rectũ theſauri=
zãtes iniqtatẽ ⁊ rapinas i edibꝫ ſuis. De his ẽt
fuit ſermo dñi ꝑ Ezechielẽ.xxij.Sacerdotes eiꝰ
cõtẽpſerũt legẽ meã ⁊ poluerũt ſanctuaria mea
iter ſctm̃ ⁊ ꝓphanũ nõ habuerũt diſtãtiã/iter pol
lutũ ⁊ mũdũ nõ itellexerunt/⁊ a ſabbatis meis a
uerterũt oculos ſuos ⁊ coiqnabar i medio eorũ
De his ei dr̃ hiere.xlix.Inutilis facta eſt ſapien
tia eoꝝ De his etiã loqtur Salomõ ꝓuerbioꝝ
iiij.Non ei dormiũt niſi cum malefecerit comee
dũt panẽ ipietatis/⁊ vinũ iniqtatis bibũt.De his
etiã loqtur Eſaye.v. Ve q cõſurgitis mane ad
ebrietatẽ ſectãdã ⁊ potãdũ vſq; ad veſperã ⁊ vio
eſtuatis Cythara ⁊ lyra ⁊ tipanũ ⁊ tybia vinũ in
cõuiuijs veſtris ⁊ opꝰ dñi nõ reſpicitis nec opꝰ
manuũ eiꝰ cõſideratis.De his ẽt dr̃ Eſaie.vij.Nũ
qd vobis parũ eſt moleſtos eẽ oibꝰ q: moleſti

eſtis ó mco. De his dicit̃ Eſaye.i. Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra incenſum abominatio eſt michi kalendas veſtras et ſolennitates veſtras odiuit anima mea. De his habetur hieremie.l. Grex perditus factus eſt populus meus/ paſtores eorum ſeduxerunt eos feceruntq̃ vagari in montibus. De his etiã loquitur dñs per zachariã.xi. Ecce ego ſuſcitabo paſtorẽ i terra qui derelicta nõ viſitabit/ diſperſum non queret et cõtritũ nõ ſanabit/ et id quod ſtat nõ enutriet et carnes pinguiũ comedet ⁊ vngulas eoꝝ diſſoluet.⁊c. Legimus eñ alexandrũ magnũ ſacerdotes et templũ dei veneraſſe et ſacras iudeorũ leges approbaſſe ob qd meruit toti⁹ orbis monarchiã obtinere. Et econtra legimus ꝙ Põpeius ſemp victorioſus fuit ⁊ viginti duo reges ſubegit. Tãdẽ poſtq̃ templũ dei ⁊ eius pſonas pfanaſſet nũq̃ poſtea df pugnaſſe qñ vinceret Similiter nõ longe poſt Craſſus preſes templũ ſyrie ẽt auſus eſt pfanare et ſpoliare qd Pompeius nõ fecit ⁊ ob hoc auro ori ei⁹ fuſo iterijt. Multa exẽpla de his iueniũtur q̃ nõ timẽt diuina ⁊ clerũ profanare q̃ iuxta vulgar dictũ mala morte perire ſolẽt vt oĩa iſta manifeſte pbantur ij.machabe.iij. hoc etiã apte pphẽtauit Moyſes.deuterono.xxxiij. pcute dorſa inimicoꝝ ei⁹ et qui oderunt eum nõ conſurgant. Decoratur hec p illud pſal.ps.ciiij Nolite tãgere xp̃os meos et in prophetis meis nolite malignari. Nec opinentur reges dicẽtes ꝙ eoꝝ facta dei voluntate diriguntur iuxta illud pũer.xxi. Cor regis

Diuina pphanare q̃ ſit piculoſũ principi.

Utrū de⁹ mutet diſpoſita

in manu dñi quocūq; voluerit iclinabit illud. cu ius vba tranſūptiue hñr in epiſtola inter claras .C. de ſum. tri. q2 vt ait Macrobius quē refert glo. in. c. incōmutabilis. xxij. q. iiij. tripliciter ꝯtingit deū loqui. ſ. cōminādo aut cōmouēdo ⁊ hec reuocat vt habet hieremie. xxvi. ⁊ ione. iij. ⁊. iiij. Loquit etiā pmittēdo ⁊ nō approbat ſed reprobat iuxta illud Oſee. viij. ipi regnauerūt ⁊ nō ex me fecerūt ſibi regē ⁊ nō p me principē ⁊ nō per cōſiliū meū. ⁊ hoc dictū videt de ſaule illo quem vtiq; dñs eligerat ⁊ regē ſibi fieri iuſſerat. ſ3 qm̄ nō ſcōm dei volūtatē ſed ſcōm petōis ppli meritū fuerat elect⁹ negat eū cū ſua volūtate vel ꝯſilio ꝯſtitutū. vt. i. regū. viij. vſq; ad finē. i. regū ita dicit hiero. cui⁹ vba habent in. c. audacter. viij. q. i. Loquit etiā diſponēdo ⁊ illa nō mutat. vt in .c. incōmutabilis de⁹. xxij. q. iiij. vnū tñ eſt. ꝙ l3 ꝗs fuerit pſcitus ſi tñ egerit pñiam de petō ſuo feceritq; iudiciū et iuſticiā ⁊ i mādatis vite ambulauerit nec fecerit ꝗcq; iniuſtū vita viuet ⁊ nō morieť vt dr̄ ezechielis. xxxiij. facit illud. iiij. regū. xx. vbi Ezechias rex iuda fuerat a deo pſcitus ꝙ morerer verūtamē fleuit ⁊ lacrimatus eſt et ſic egit pniam et dñs eius vitā ad. xv. annos

Faciens legis per miſſiōe ñ dr̄ legis miniſter.

progauit. faciūt q̄ dicūtur et nojatur de Nabuchodonoſor et de pharaone in capitulo Nabuchodonoſor. xxiij. q. iiij. Et ſic ꝙ illa auctoritas Cor regis in manu dñi quocūq; voluerit iclinabit illud intelligitur dei pmiſſione ⁊ nō alias. Et p ꝯñs faciēs vel diſponēs aliqd dei pmiſſiōe ñ dr̄ dei miniſter. vt i dicto. c. audacter. ſicut aliqd

faciẽs vel diſponens legis ꝑmiſſiõe nõ dr̃ legis
miniſter. vt eſt glo. valde ſing. i. l. accuſatiõis. C
ꝙ metꝰ ca. de qua al's pluries ⁊ publice legẽdo
feci magnũ feſtũ. q̃ facit ad multa. De tali ci re
gis p̃ceptoꝛe ⁊ in. l. dei ⁊ eius p̃ceptis ⁊ certimo
nijs inſtructoꝛe ⁊ doctoꝛe loquũt iura in. l. cum
ples. ff. de admi. tuto. ⁊. l. ij. §. fi. ff. de oꝛi. iuris. et
. l. acq̃liꝰ. ff. de donac. et in. l. q̃ filiũ. ff. vbi pupil.
educa. debẽt/ qui tm̃ pꝛicipẽ tã ſana fructifera ⁊
ſctã doctrina ĩbuit ⁊ decoꝛauit. q̃ iura volunt ꝙ
hi ſunt p̃ceptoꝛes bñmeriti bonũ reip. ⁊ diſcipu
loꝝ zelãtes ⁊ affectãtes ꝓpt̃ q̃ magnis donis et
ãplis remũeratiõibꝫ decoꝛãdi ſũt. vñ eſt ꝙ i coꝝ
remũeratiõibꝫ p̃cepta iuris ſoluũt ⁊ relaxant. vt
in dicta. l. acq̃liꝰ. ⁊ ibi glo. ⁊ oẽs ſcribentes. ⁊ per — Elemoſi-
Bal. ⁊ ange. i dicta. l. ſʒ ſi. l. §. cõſuluit. Itẽ dicũt — narij re-
ꝑſone bñmerite ⁊ zelãtes bonũ reip. regni ⁊ del- — gis.
phinatꝰ hij q̃ ſũt ad regias elemoſinas i paupe
res ⁊ pios vſus erogãdas ex officio ꝯſueto de-
putari. Nã lʒ multa bona opeꝛ elemoſina iuxta
illd tobie. iiij. Premiũ em̃ bonũ tibi theſaurizas
in die neceſſitatis. qm̃ elemoſina ab oĩ pctõ et a
moꝛte liberat ⁊ nõ patieꝛ ire aĩam i tenebꝛas/ fi-
ducia em̃ magna erit coꝛã ſũmo deo elemoſina — Elemoſi-
oĩbꝫ faciẽtibꝫ eã. Facit illd ãgeli raphaeꝛ. tho- — ne excellẽ
bie. xij. bona ẽ ei oro cũ ieiunio ⁊ elemoſina ma- — tia.
gis q̃ȝ theſauros auri recõdere quoniã elemoſi
na a moꝛte liberat ⁊ ipſa eſt q̃ purgat peccata et
facit inuenire vitã eternã oꝛnanꝛ hec ꝑ ea q̃ ait
pſal. pſalmo. xl. beatus qui intelligit ſup egenũ
et pauperẽ in die mala liberabit eum dominus.

Dominus conſeruet eum et viuificet eum ꝛ bea tū faciat eum in terra et nō tradat eum in aiam inimicoꝝ eius. Dñs opem ferat illi ſuper lectū doloris eius vniuerſum ſtratū eius verſaſti in infirmitate eius. Accedat ad hoc illud eccleſiaſti ci.iij. in fi. ignē ardentem extinguit aqua et elemoſina reſiſtit peccatis. Illuſtrantur hec per ea que dicit ſaluatoꝛ mūdi luce.xi. Date elemoſinā et ecce omnia munda ſunt vobis. facit illud eccleſiaſtici.xxix. Concludeelemoſinam in coꝛde pauperis ꝛ hec ꝓ te exoꝛabit ab omni malo. Elemoſina viri quaſi ſaccul⁹ cū ipſo ꝛ grām hominis quaſi pupillam conſeruabit et poſtea reſurget et retribuet illis retributionem vnicuiqꝫ in caput illoꝛum. veruntamen in talibus elemoſinarijs ſumma diſcretio cum pꝛudentia eſt neceſſaria.qꝛ opoꝛtet dare egenti dimittere ledēti/ et delinquentem coꝛrigere et errātem. In quibus tribus omne genus elemoſinarum cōſiſtit. vt in ca.tria ſunt cum.c.ſequē.xlv.di. Item ꝙ fiat ex fide/cauſa/loco/et tempoꝛe. vt in capi. nō ſatis lxxxvi.di. Item qꝛ pꝛimo eſt danda iuſtis demū peccatoꝛibus. Item non omnia vni ſed ſingulis et diuerſis ſecūdum exigentiam perſonarum diſtribuenda eſt elemoſina.vt omnia iſta ꝓbantur in.ca.fratrem.§. in ipſa autem.et in.c.dñs eadē di. Itē malo homini eſurienti vtilius elemoſina ſubtrahitur ſi de cibo ſecurus iuſticiā negligat vt in ca.nō omnis.v.q.v. Unde refert gloſatoꝛ decreti in ſumma.lxxxij.di.ꝙ dicit glo.ſuper mathe. iuſtius feceris ſi iniuſte potētem coꝛrexeris

Obſeruā da in elemoſina faciēda.

q̃ ſi ei dederis. quod euidenter ꝓbatur in capi. quomodo vltra mediū ibi dū dr . vt illi tm̄ accipiant pauperū cibos qui iã laborare nõ poſſunt xxxi.q.i. qđ quidẽ officiū ad ſolū dūtaxat epm̄ ptinet vt in.c.i.lxxxij.di.ꝛ in.c.glia epi.xij.q.ij.qđ etiã ꝑ leges gentiliū romanoꝝ ꝯprobaꝛ. vt in.l. munerū ciuiliū la.ij.§.item epi.ff.de mu.ꝛ ho. ſuperius in prima parte alle . vbi euidenter ꝓbaꝛ ꝙ officiū epoꝝ erat preeſſe cunctis neceſſarijs ꝛ venalibus rebus pro humana natura duntaxat ſuſtentanda ꝓut habetur etiam in.c.i.de emp.ꝛ vendi.vnde dicitur non enim in epm̄ vngitur.vt cognitor ſecularium iudiciorum reſideat/ſed vt ꝓcurator animarū et diſtributor ſpūalium exiſtat.vt in.c.clericū lo.vltimo.§. ex his omnibus datur intelligi.xi.q.i.faciūt nota.in.c.tua nobis et in.c.Iohãnes de teſta. ꝓpter que nichil eſt laborioſius ꝛ periculoſius officio horū elemoſinariorum iuxta illud Auguſtini paſce fame morientem quiſquis enim paſcendo hoiem ſeruare poteris ſi nõ paueris fame occidiſti. vt habetur in .c.paſce fame.lxxxvi.di.ꝛ i.l.necatur.ff. de libe. agnoſcen.et per conſequẽs benemeriti et zelantes bonū reipu . regni et delphinatus cum eorū labores ꝛ ſudores ſunt circa liberos et regnicolas huius regni et non alienigenas nutriendos et alendos.vt in dicto.c.non ſatis.ꝛ in dicto.capi.fratrẽ.§.ipſa autẽ ſuperius alle. cū ad multiplicandã conſeruandam replendam et decorandã rẽ publicã valde ſint iſta neceſſaria. vt in.l.i. ff.ſo.mri. ꝛ i.l.ij.C.de indic.vidu. Item dicūꝛ ꝑ

ſone bñmerite ⁊ zelãtes bonũ reip.regni ⁊ Delphinatus oẽs illi q̃ aliqđ insigne ſeruitiũ regi/ aut regno vel delphinatui ipenderũt/puta quia occultas ꝯiurationũ/iſidiaꝝ/⁊ ꝯſpirationũ fraudes contra regẽ/regnũ/vel delphinatum caute reuelauerũt quia tales ſunt immenſa remuneratione etiã ꝑ eccleſiã ſubleuandi ⁊ decorandi. vt eſt caſus expſſus vt in c. ſi qs pap.§.fi.lxxix. di. ⁊ in l.quiſquis in fi.C.ad l.iuli.maieſ.⁊ i l.ſi pater.§.i.⁊ in l.acq̃lius ff.de dona eſt caſus melioꝛ de corpoꝛe iuris in l.etiam cõditionis ff.de manumiſ.vide q̃ enumerat ⁊ declarat iſto caſu qualitates benemeritoꝝ faciũt nota in c.ſi quos meritos xij.q.ij.Decorãtur hec ꝑ ea q̃ hñtur Ester vt ſuperius in hac finali parte declarata. Itẽ dicuntur pſone bñmerite ⁊ zelantes bonũ reip.regni ⁊ delphinat9/ oẽs illi q̃ ſuis curis cõcilijs et laboꝛibus die noctuq; laboꝛãt ꝑ toto regno delphinatu ⁊ rege vt ſunt legati in anglia/alemania/⁊ hiſpania/⁊ ꝓcuratores regis ⁊ regni ⁊ ſimiles i curia rõana aut infra regnũ vel al's morã ꝑ neceſſitatib; regis regni ⁊ delphinat9 trahentes vt eſt ille caſus ſolitari9 quẽ neſcio alibi in l.bñ a zenone quaſi i fi.C.d quadrien.pſcrip. cu9 ṽba ⁊ rõ i idẽ ꝯuertũt ⁊ ſũt Nõ imerito ſtatuim9 ⁊ q̃ die noctuq; quotidianis curis laboribus ꝯcilijſq; ſuis ꝑ toto terrarũ oꝛbe laboꝛãt dignã habeant ſue pꝛerogatiue foꝛtunã. Finaliter enim dicũtur perſone benemerite ⁊ zelãtes bonum reipu. regni ⁊ delphinatus/ oẽs illi qui alta et lilia nobilitate decoꝛati ſunt ꝓut ſunt oẽs ex regia ꝓſapia imediate vel mediate deſcẽden

Reuelatores cõiurationũ

Deſcẽdẽtes ex regia ꝓgenie

tes vt pbat in c.nouit de iudi.⁊ i l.i.C.de cōdi i ſer.ēt ſi nō p lineā pr̄nā ⁊ ſic maſculinā ſed dūtaxat per maternā lineā ⁊ ſic feminā deſcēdant vt tenuit Jo.an poſt hoſt.in dicto ca.nouit/ ⁊ pbat in dicto c.nouit ⁊ i dicta l.i.In quo quidem ca.noui dicunt p̄dicti doc. ꝙ rex francie p matrem eſt rex francie ex eo/qꝛ Rex Philippus de quo fit mētio in ſepedicto c.nouit non fuit de genere karoli magni/ſed qꝛ duxit quādā dñam in vxorē de ſemine karoli magni deſcendentem. Et verū dicunt/ quia ſtirps karolina ⁊ maſculina que vltra centū ⁊ decē annos durauerat in Ludouico huius noīs tercio Romanoꝝ imperatore ſine liberis maſculinis deſcendente fuit extincta ⁊ finita prout legimus hec apud hiſtoriagraphos approbatos ꝙ ſint benemeriti patet quia hi qui honoris prerogatiua letantur auctoritate ⁊ dignitate fungi debent āplior vt in capitu.i. de offi lega.li.vi.⁊ in c.fi.in/principio de offi. dele.⁊ in c.ne aliqui de priuile.eodem libro facit extrauagans Execrabilis.Jo.xxij.tum ⁊ etiam quia de his nobilibus ſunt intelligenda iura que dicūt ꝙ quicūqꝫ dicitur benemeritus qui non probat demeritus vt in l.ſeruos ff.de manumiſ.teſtamē et in capitulo ſi quos xij. q. prima ⁊ faciunt notata i capitulo de donati.⁊ capitulo fi. de pſūp. et voluit glo.in capitulo illud autem xl. di. que vult ꝙ pro nobilibus ſemper debet preſumi in his que ſpectant ad nobilitatem. Faciunt que ſuperius in quarta parte diximus / vbi fuit dictum . ꝙ propter altam alicuius nobilitatem

Deſcēdētes p lineā femineā

Preſumēdū pro nobilib9.

poteſt romanus pontifex reſeruare electiuã dignitatem etiam pontificalem ⁊ dicetur talis reſeruatio ex magna rationabili et euidenti cauſa facta. Et corã quo iudice p̄dicte qualitates vz ꝙ p̄ces regis ſunt benigne ⁊ beniuole et pro perſonis benemeritis zelãtibus bonum reipublice regni et Delphinatus ſint ventillande ꝓbãde ⁊ liquidãde etiã dato ꝙ reperiatur cõtradictor et ſic res efficiať dubia ⁊ quis modus eſt i eis ſeruãdus eſt dicendũ ꝓut dictum fuit circa principiũ ſecunde partis et latius in quarta parte vltra medium vſqȝ ad finem. Ad vnum tamen circa iſtius operis finalem partem eſt aduertendũ ꝙ predicta permiſſio Gallicane eccľie.ſ.ꝙnõ eſt reprehenſibile ſi rex ceſſantibus oibus cominationibus ⁊ quibuſlibet violentiis aliquando vtatur precibus benignis atqȝ beniuolis ꝓ pſonis benemeritis ⁊ zelantibus bonum reipublice regni ⁊ Delphinatus/referenda eſt nõ ſolũ ad ſingulares eccleſias regni ⁊ Delphinatus ꝓut fuit oſtenſum verũetiam ad apoſtolicam ſedem cũ regulariter clauſula ſeu qualitas que per ſe ſtat in fine diſpoſitionis poſita cõcernat omnes precedentes articulos in eadem diſpoſitione principaliter contentos vt in.c.inquiſitioni.de appel.⁊ in lege talis ſcriptura.ff.de lega.i.⁊ i lege finali ff de re.du.⁊ i l.fi.§.titia ⁊ ibi bar.ff de libe.lega.

Cum per talem relationem non ledatuř immo potius conſeruetur rectitudo ſermonis ⁊ iuris communis/et intentio ⁊ voluntas Gallicane eccleſie quod luculenter patet/ qȝ eadẽ ratio que

eſt in vtendo aliquando precibus benignis atq́ beniuolis p perſonis bñmeritis zelantib9 bonū reipublice regni et Delphinatus circa ſingulares gallicanas eccl'as illa eadē eſt circa aplicā ſedem i eo caſu quo ipa aplica ſedes ex magna ratiouabili et euidēti cā ⁊ i litteris aplicis nōiatim expreſſa poteſt electiuā dignitatē etiā pontificalem reſeruare. vt in ſepedicto alle. §. decreuit cū ſedes aplica ſine precibus regis benignis atq́ beniuolis ⁊c. poſſit reſeruare ⁊ illud dicat̄ reipublice accōmodū/vt ibi cū ſit teorica q̄ illa q̄ ſine aliquo fieri poſſunt eo preſente vel inſtante poſſunt ſine illius pñtis vel inſtantis ſolennitate que ad hoc de iure vel al's requiratur explicari vt voluit glo. in verbo tranſitu. iuſtitu. de liberti quam omnes doc. cōmendant tum et etiam q2 p talem relationem gallicane eccl'ie priuilegiū in aliquo non infringitur imo potius iuſticia ⁊ voluntas gallicane eccl'ie et xp̄ianiſſimi regis prerogatiua cōſeruatur vt in dicto. §. decreuit ſepi9 alle. cū p talē relationē ſacri canones/permiſſio voluntas gallicane eccleſie ratio et regis prerogatiua ſeruentur/vt in. c. cum nobis de elec. ibi dum dicitur tā rationes/q̄ canones obſeruare tum et etiam cum nulla inſurgat ex tali relatione abſurditas. vt in. c. ſecūdo requiris de appella. et in. c. apoſtolus. xxxij. q. vij. faciunt nota. p hoſt. et io. an. in dicto. c. iquiſitioni et p panor. i dicto capitulo ſecundo requiris per modernos in capitulo dilecti de donatio; et in. c. cauſam q̄ de reſcrip. et no. p bar. in. l. pretor. la. ij. Feritq́

hec differẽtia.ff.vi.bo.rap.ꝛ in dicte.l.talis ſcri
ptura et ꝑ ſpe.in ti.de i nſtru. edi.§. nunc autem
videndum ver. Item excipe ꝛ per bar.in dicta.l
ſi.ff.de rebus dubi. Coadiuuantur hec ꝑ doctri
nam io.an.quē etiā refert et ſequitur ibi panoꝛ.
in ca.ſi.deſimo.ꝙ quotienſcūq̃ alicui conceditꝛ
facultas vel permiſſio aliquid faciendi/puta diſ
pēſandi vel vtendi pꝛecibus benignis atq̃ beni
uolis nō expꝛeſſis perſonis ꝓut eſt in noſtro ca
ſu ꝙ talis facultas et ꝑmiſſio eſt large interpꝛe
tanda quo ad eum dūtaxat cui conceditꝛ pꝛedic
ta facultas vel permiſſio . qꝛ quo ad illū diciꝛ
beneficium ꝛ ita ſentit glo.in dicto. c. ſi quā ad
hoc commendat etiam ibi panoꝛ.facit ca.ſi cui
nulla de pꝛebē.vnde ꝙ in his fauoꝛabilibus/vꝫ
ꝑſonis benemeritis ꝛ zelātibus bonū reipubli
ce regni et delphinatus ꝓut fuit declaratū in ſin
gulis pꝛedictarum perſonarum ſpeciebus genꝰ
vꝫ permiſſio vtendi aliquando pꝛecibus beni
gnis ꝛc.includit oēm ſuam ſpeciem.ſ.non ſolū
quo ad ſingulares gallicanas eccleſias verūetiā
quo ad ſedē apoſtolicam/quod eſt memoꝛe cō
mēdādum ita tenuit bal.lꝫ in aliis terminis in.l.
ſi qua illuſtris. C.ad oꝛficia.referendo et ſequē
do.io.an.lꝫ in quo loco nō fuerit recoꝛdatus fa
ciunt iura que dicūt ꝙ cōtra eum qui legem dice
re potuit apertius eſt interp̄tatio facienda vt in
.l.veteribꝰ.ff.de pactis ꝛ in rꝰa ꝯtra eū q.ð re.iu
ris li.vi. Accedāt adhoc iura ſupiꝰ i quarta ꝑte
deducta q̄ volūt ꝙ xp̄i reges ēt p̄cepta canōica
relaxāꝛ ꝛ trāſgrediūꝛ. Et lꝫ ap̄lica ſedes p̄dict

p̄cibus nō aſtringatur lȝ fiant ꝑ plibus ꝑſonis
benemeritis collectiue vel diſtributiue cum Gal
licana eccleſia vt inferior nō potuerit imponere
legem ſuperiori vt i ca.ex inſinuatiōe de appel.
verūtamen caſu quo fuerint admiſſe concurren
tibus perſonarum qualitatibus in hac finali pꝛ
te ſuperius expreſſis et declaratis iuxta tenorē
et formam dicti.§.fi.ſepius alle.ꝛ iuſta earum te
norem et formam prelibata apoſtolica ſedes ele
ctiuam dignitatem etiam pontificalē reſeruaue
rit.tenebit talis reſeruatio.ꝛ dr̄ etiā facta ex ma
gna rationabili et euidenti cauſa cum cōcernat
perſonam benemeritam et zelantem bonū reipu
blice regni et delphinatus. Et hoc per predicta
nec iſto caſu cathedralis conuentualis vel colle
giata eccleſia poterit illam impugnare cum fue
rit de eius conſenſu id eſt ꝑmiſſione toti⁹ galli
cane eccleſie facta. Unde eſt ꝙ bos cornu capit
lingua ligatur hō vt in.l.ſicut i initio. C.de acti.
et oblig.facit dictum.c.cum longe.lxiij.di.ꝛ re
gula qḋ ſemel placuit de re.iuris.li.vi.cū alijs.
Et ſȝ ꝑmiſſio vēdi p̄cib9 bēignis atq3 bēiuolis
ī vtroq3 cāu ꝑ ꝑſonis bñmeritis zelātib9 bonū
reipu.regni ꝛ delphiat⁹ extiguat⁹ ꝛ finiat̄ i vno
actu dūtaxat cū ope ꝛ effectu ſub ſecuto vt dictū
ē tñ repiunt̄ duo caſus in qb9 de iure ꝑmiſſio vē
di p̄dictis p̄cib9 ad ſedē aplicā dirigēdis nullo
reſtrigūtur nec limitātur actu.qnimo totiēs quo
tiens chriſtianiſſimo regi viſum fuerit poterit re
gia maieſtas eiſdē vti. Et primus eſt qñ eccl'ia
cathedralis vl̄ cōuentualis aut collegiata eſt ſi
ta in patria limotropha/ put ē Narbonē Tar

Reſeruatio facta ad p̄ces regis

caſonenſis. Mirrapiſcenſis. Conuenarũ A quẽſis Bayonẽſis. que quidẽ eccleſie ſunt in patria occitana et vaſconie a mari mediterraneo id eſt a dioceſi Narboneñ incipiendo vſqʒ ad occeanũ mare. ſ. ciuitatem bayoneñ finiendo regni franſcie firi et ppetui termini atqʒ limites catalanos Aragonẽſes Nauarros atqʒ hyſpanos diſtiguẽtes ꝛ limitãtes. Et idem de alijs ꝛ ſimilibꝫ eccleſiis Angelos flamingos ꝛ alemanos limitãtibꝫ et diſtinguẽtibus. Nã in his eccleſiis et dioceſibus nullꝰ põt eẽ ciuitatis ville vel caſtri detẽtoꝛ et per cõſequens epiſcopus/abbas/vel pꝛioꝛ niſi is ſolus cui per regem detentio ꝛ poſſeſſio fuerit commiſſa Et hoc eſt pꝛiuilegium Regum et pꝛincipum coꝛpoꝛe iuris clauſum vt in. l. ij. C. de fundis limitro. li. xi. Nam vt ibi dicit glo. nõ licʒ pꝛiuato habere cuſtodiam regis limitis quod q̃dem pꝛiuilegium coꝛpoꝛe iuris clauſum ſemper a quacunqʒ diſpoſitione intelligitur exceptum ꝛ per conſequens a decretis baſilienſis conſilij ſuper electionibus diſponẽtibus vt ſunt ille vulgate glo. in aut. qua in pꝛouĩcia. C. vbi de cri. agi. opoꝛ. quã ibi ſequũtur bar. ꝛ bal. ꝛ glo. in. l. i. C. de condi. inde. quam ibi comẽdat ſalicẽ. quas allegauimus ſupius in pꝛĩcipio tertie partis. Et ſecũdus caſus. ſ. quãdo eccleſia metropolitana cathedralis conuentualis/aut collegiata poſſideret foꝛtiſſima et munitiſſima loca vl' caſtra ĩ q̃bus xpianiſſimus rex cum omnibus ſuis nec ſui de facili et abſqʒ aliqua difficultate recipi vel intrare poſſent ꝓut ſunt Claramontenſis/Cactur

Eccleſie limitrophe regni

ceñ. Pictauië. et ſimiles epiſcopat⁹ vł abbatie et eſſet fama vel rumoꝛ ꝙ in vicina patria eiſdē eccleſiis foꝛtiſſima et munitiſſima caſtra tenenti bus licet non limitropha veriſimiliter temeretur guerra quia tunc poteſt xpianiſſimus rex ⁊ etiã quãdocũqꝫ ſimilis caſus euenerit dirigere ſuas benignas atqꝫ beniuolas pꝛeces ꝓ perſonis be nemeritis ⁊c. ad apoſtolicam ſedem vt dictã ec cleſiam vel eccleſias caſtra et loca foꝛtiſſia ⁊ mu nitiſſima tenentes in patria in qua veriſimiliter eminet et ſperatur i bꝛeui guerra ꝓ perſona vel perſonis regi et regno tutis ⁊ ſecuris diſpoſitio ni ſedis apoſtolice reſeruare inhibendo ⁊c. put eſt de moꝛe et ſtilo Romane curie. ⁊ hoc ꝑ glo. ſingularem in. l. ij. in pꝛincipio. ff. qui ſatis da. co gũ. quã omnes doc. comendant et ſequũtur iun cto ca. i. de ſuplē. negli. pꝛela. li. vi. que glo. vult ꝙ fideiuſſoꝛ vel reus pꝛincipalis dł locupletioꝛ nõ tantũ ex facultatibus ſed etiam ex conueniē di facilitate/puta ꝙ non ſit in munitiſſimo loco vel caſtello faciunt no. per doc. in. l. decem. ff. de ver. ob ⁊ in aut hoc. ſi debitoꝛ. C. de pino. ⁊ in. §. ſi quis in frau. inſti. de acti. in dicto. c. i. dł ꝙ rex in ciuitatibus caſtris villis et munitionibus re gni debet abſqꝫ difficultate qualibet cum oībus ſuis intrare atqꝫ honoꝛifice recipi/ ⁊ ſic ē pꝛiuile gium regum coꝛpoꝛe iuris clauſum. Et ꝙ de fa ma vel rumoꝛe diximus/ideo dictum eſt quia fa ma inducit iuſtam credulitatem. Unde habens aliquã conſcientiam ex fama dicitur habere ex pꝛobabili cauſa vt voluit glo. in. c. cum cõtingat

de reſcrip.et in.c.inquiſitioni de ſen.excom. ꝛ in c.i.de poſtu.ꝓla.ꝛ vbiqꝫ per doc. Et idem ē dicendum de rumoꝛe vt euidenter ꝓbatur in capi. vbi periculum.§.pen.de elec.li.vi.quem ad hoc ibi comendat Pe.de Ancha. Et intantū habēt locum ꝓcces regis in hoc ſecūdo caſu qꝺ dato ꝙ fama vel rumoꝛ ſuper quo fundantur regis ꝓces appareat non verus nichilominus remanet valida reſeruatio cum dicamus vere ſcire quod percipimus ex rumoꝛe et pꝛebeat iuſtum erroꝛē liceat appeat poſtea rumoꝛ ille nō ver⁹ vt i.l.miles.§.mulier.ff.de adulte.ꝛ in.l.fi.ibi dum dicit et rumoꝛe ꝓlato ꝛ ibi dū dicitur.quia falſus rumoꝛ non ſolet obeſſe.ff.de here.inſtitu.quē caſū cōmēdauit ad hoc Pe.ad ancha.i dicto.§.pē. Hinc eſt ꝙ ſi aliquis accuſauit publice īfamatū et deficit ip̄robando nō debet puniri pena talionis vel calumpnie/qꝛ excuſatur ꝓpter infamiam pꝛecedentem vt tenuit bar.in.l.ij.C.ſi ſeruus vl' liber.li.x.quem refert et commēdat Panoꝛ.i dicto.c.cum cōtingat faciunt nota.per Inno.i.c. fi.de iura.calumpꝛtum et etiam quia regi a pꝛincipio vtenti dictis pꝛecibus ad aplicam ſedē directis cauſa faciendi reſeruationem dicitur ꝛ ē acquiſitum ius et actio cum per hoc fugeꝛ guerra et pax conſeruetur et per con ſequens dicitur negocium reipublice vtiliter geſtum faciunt que dicta ſunt ſupꝛa in quarta parte et etiam ī tercia vltra medium. Unde eſt ꝙ cum finis ꝛ intentio xp̄ianiſſimi regis a pꝛincipio fuerit rōnabilis ꝓ ꝓter vitandā ꝛ fugandā guerrā ꝛ pacē cōſequē=

Rumoꝛ ēt nō ver⁹ excuſat.

dam lȝ poſtmodum guerra non ſequatur exem-
plo negocioꝝ geſtoꝛis q̄ a principio. vtiliter geſ
ſit negocium lȝ effectū nō habuerit/qꝛ domū re-
parauit vel egrum ſeruum curauit ꝙ lȝ poſtmo-
dum domus ſit cruſta vel ſuus obierit remanet
ei actio negocioꝝ geſtoꝝ ſaluā. vt in.l. ſed an. vl
tro.§.i.ff.ꝺ nego.geſt.ꝛ i ſi.l.ſuū. C. eo.ti.ſupꝛa
i tertia ꝛ quarta parte alle. Uñ etiā melius eſt im
mo tutius ꝛ magna gubernatur ꝓuidentia q̄ in
tēpoꝛe querit remediū q̄ȝ poſt vulneratam cām
adhibere medelā vt in.c.ſuſcepimus ꝺe homici.
ꝛ in.l.fi. C. in quibus cau.in integrū reſti.nō eſt
neceſ.ꝛ i.l.vnica. C. qñ licc.vni.ſe.vindi.facit ēt
qꝛ facilius impedit aliquid faciēdū quā ꝙ factū
diſſoluatur. vt in.c.rurſus qui cleri vel vo.ꝛ in.c
quēadmodū ꝺe iureiurā.et p hūc caſum reſtrin
git ꝛ limitat diſpō baſiliē.ꝯcilij.in.c.lȝ dudū i.§
verūtñ ſi foꝛte ꝺe elec.vt hēat locū dūtaxat i elec
tiōe alſ canonice iā celebꝛata. Nos vo loqmur
anteq̄ȝ futura electio ſit celebꝛāda q̄ ſperatur vl
timet ꝓgi i ꝑturbationē eccl̄ie aut patrie vel re-
gni qꝛ in tali caſu valebit ꝺe iure reſuatio ad ꝑ-
ces benignas ꝛ beniuolas regis fctā cū i eo cāu
citi⁹ ꝓuideat vacāti eccl̄ie cui moꝛa ē valde no
ciua.vt i.c.ne ꝑ defectu ꝺe elec.tū ꝛ ētꝛ qꝛ circui
tus euitāt vt i cle.auditoꝛ ꝺ reſcrip.ꝛ i.l.ne i ar-
bitri i fi. C. ꝺe arbi.ꝛ iſti duo caſ⁹ ſūt i tm̄ extēdē
dis ꝙ dato ꝙ ꝓuiſ⁹ velit renūciare ꝑmutare ce-
dere vl trāſferri ꝙ ſñ regis expſſo ꝯſēſu nō pōt
Et ē rō/qꝛ reſuatio a pꝛīcipio ꝺe dicta dignitate
ēt pōtificali ꝑ ſedē aplicā fctā fuit radicata ꝑnci-

Reſigna- tio aut p- mutatio bñficij re ſeruati ad preces re gis

paliter in perſonam regis cõceſſa ar.io.c.ſi dili- genti de foro compe. Unde eſt q per renũciatio nem permutationẽ ceſſionem vel tranſlationem obtinentis illam dignitatem tolli non poteſt cuz talis reſeruatio et puiſio iohãni vel petro facta potius intelligatur cõtemplatione regis q̃ io- hannis vel petri/facta.vt in.l.ſed ſi plures.§. in arrogato.ff.de vulga.et pupil. ⁊ in.c. reqſiti.de teſta.faciunt nota per bal.in.l.nõ plures.C. de ſacroſan.eccle.⁊ nota p cy in.l.in fide cõmiſſi §. cũ pollidius in ſuis addi.ff.de vſuris.⁊ per bal. in.l.poſt mortẽ.C.de fidei cõ.⁊ nota.i ſp.ca.C. de reuocã.his que in frau.alie.ſunt in finalibus verbis fortificãtur per nota.per glo.in.c.cũ cõ- tingat de iureiu.⁊ i ca.q̃uis pactũ de pactis li. vi.Corroboratur hec extenſio p caſum.in ca. ſi pter tua.de reſcrip.li.vi.vbi fauor ⁊ cõtempla tio perſone note attenditur ⁊ prefertur ignote p ſone vt fuit dictum ſuperius in principio prime p tis tum ⁊ etiam qr bona fides que requiritur in contractu requiritur et eſt ſeruanda in diſtractu vt in.l.ab emptione verſ.Ariſtoni.ff.de pactis. faciũt nota.in.l.i.C.quãdo lice:ab emp.rece. ⁊ i.l.de tutela.C.de i integrum.reſti.mino.que ſũt memorie cõmẽdanda qr hij vltimi duo caſus nõ ſolũ perficiunt et ornant huius finalis partis co mentũ cum ſua extenſione verũetiam ampliant et decorant xpianiſſimi regis in dignitatib elec- tiuis etiam pontificalibus prerogatiuam Fina liter benigne ⁊ beniuole regis preces de quibus dictum eſt non debẽt ad iſtantiã pcurantiũ ema

nare/vt in decretis baſilienſis concilii .c.i. in §. ad tollendū de elec. qui a eo ipſo ſunt ambitioſi et ſuſpecti.vnde eſt ꝙ q̇.ſe igerit ſuſpectus eſt vt in.l.que omnia ff. de procura.⁊ per conſequens repellendus.vt in ca.cum iamdudum.de prebē. et in ca. officij.et in.c.cum poſt petitam de elec. et in decretis baſilieñ.concilij. ⁊ in.c.i.§. Et cū humane de elec.cum tales preces dicātur ꝓpter nimiam procurantium īportunitatē ⁊ ſolicitudi=nem.⁊ ſic cōtra regis voluntatē obtēte vt in.l.i. C.de bo.peti.ſubla.li.x. et in.c. cū in iuuentute de pur.canó.et in.c.importuna de peni. di.i. ſed potius ꝓprio motu regis debent fieri ⁊ ſcribi.vt in dicto §.fi.ſepius alle. Et operantur tales p̄=ces regis ꝓprio motu emanate/ꝙ iam approbat illos eſſe perſonas benemeritas zelantes bonū reipublice regni/et delphinatus/ ⁊ ꝙ pro talibꝰ cōi omniū oppinione et fama publica reputā=tur.vt eſt glo.menti tenenda in ca.ij.de accuſati. li.vi. Et cum his ſilentium ori proprio impono (cum vulgare ſit) reprehēſionē vitare nō poſſe niſi eum qui omnino nil ſcribit.

Preces regis ꝓ curante il las.

¶ Commenti perutilis ſuper pragmatica ſanc=tione quinqꝫ partes continentis/Impreſſū Pa=riſius in Bellouiſu Pro Johanne Petit com morante in Vico diui Jacobi Ad interſignium Leonis Argentei.Anno domini.1509.Die.24. Menſis Septembris.

Romę.
Die XII. Januarij. 1573. empti à
[illegible] Bibliopola [illegible]
[illegible] Franciç in 8.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE